6 poterit expediri. quia † iudicio, cui non obst. sñia, non obst. litis
pendentia. l. sed si ante. ff. de exce. Verum sñia ferenda super ar
tic. appellationis, s. q. communitas teneatur ad edendum, vel
non, non potest in aliquo obstare iudicio causæ principalis, er
go non obstabit litis pendentia, & istam puto meram veritatẽ
saluo iudicio cuiuslibet melius sentientis. Laus Deo.

R E S P O N S V M II.

LIcet Ex collationibus eadem die factis ea potior vi-
deatur, ex qua prius possessio adepta fuit. Verũ
etsi delegatus legati ad uniuersitatem causarũ, prout
erat d. Galeotus possit subdelegare particulares causas
non tamen potest omnimodas, vices suas alteri demandare,
ordinarij exemplo, qui non potest omnimodas, vices suas sub-
delegare. Quare collatio facta per Rodulphum subdelegatũ
prædicti Galeoti uiribus non subsistit. Vnde cum in beneficia-
libus sufficiat reo excludere actorem per nõ ius suum absque
eo, ꝙ doceat de iure, nam regula iuris vulgara est, reus absoluẽ
dus venit, & maximè in proposita facti specie, in qua de iuri-
bus Claudij rei manifestè constat.

S V M M A R I V M.

1 *In beneficialibus sufficit reo excludere actorem per non ius suum absque eo, ꝙ canonizet suam possessionem.*

2 *Delegatus legati, an possit subdelegare. & vide nu. 6.*

3 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, an subdelegare possit, & uide nu. 4.*

4 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, & vicegerens seu vicelegatus, differunt.*

5 *Qui confirmat, nihil de nouo concedit, & ibi uide, quid sit confirmatio.*

6 *Potestas delegata in dubio restringenda est, & non amplianda.*

7 *Concessione in generali non comprehenduntur impossibilia, seu alias interdicta concedi.*

8 *Legatus potest exercere voluntariam iurisdictionem antequam ingrediatur prouinciam.*

9 *Conferre est iurisdictionis voluntariæ.*

10 *Legatus in pluribus prouinciis non dicitur habere plures legationes, & facta unius prouincia potest in alia exercere, etiam si eam nondum fuerit ingressus.*

11 *Per aduentum legati vicelegatus desiit esse vicelegatus.*

Notoria ignorare non licet.

Respon. interpreta.

QVæritur In cã p̃positurę Aque sextis, an fun-
data sit intentio d. Io. Caroli. ex pro
ductis, & deductis in processu? Nam ubi iustificata
non sit, absoluẽdus erit ab impetitis dom. Claudius
reus per regulam vulgarem actore non probante, & c. l. qui ae-
cusare. C. de eden. c. 4. vt eccle. benef. c. cum ecclesia Sutrina. de
1 causa pos. & propr. Nam etiam in † beneficialibus sufficit reo
excludere actorem per non ius suum, absque eo, ꝙ canonizet
suam possessionem, vt no. per Cõpostel. & alios *cõter*, in c. man
datum. de rescri. per Host. in c. audita. de resti. spo. per glo. in c.
post electionem. de cõcel. prę b. & per Spec. in ti. de teste. §. nũc
uidendum. ver. item agens per Rot. dec. 419. in anti. per Ge. ↄs.
92. in causa canonicatus. Punctus ergo est indagare an ti. exhi-
bitus, cuius vigore d. Io. agit, sit iudiciarius, seu iuridicus, & legi
timus titulus nõ obs. exceptionibus deductis pro parte d. Clau
dii. Et prima facie dicendum vr̃, ꝙ sit legitimus ti. & potior tit.
ipsius d. Claud. quia die xxj. Ianuarij ann. 1503. d. Rodul. subdele
gatus a d. Galeoto de Ruere delegatus R. d. Iuliani Cardinalis,
& legati de latere in Aquensi prouincia, contulit dictam præ-
posituram Fran. de Pererio, qui uigore dictæ collationis prius
possessionem adeptus est quam Michael Bondei, cui d. legatus
Rotomag. in ciuitate Lugduni contulit dictam præposituram
eadem die xxj. vnde constat, ꝙ do. Io. cui per resignationem d.
Fran. fuit collata præpositura, habuit potiora iura quam Clau
dius, cui postea per resignationem Michaelis, & successiuè p
resignationem Ioan. dicta præpositura pariter collata fuit, ut
est casus in si a sede. de præben. lib. 6. ¶ Non ob. si dicatur ꝙ d.
Galeotus de Rue. delegatus do. Iuliani, tunc legati Auenio.
non potuit subdelegare dictum d. Rodulphum ad conferen-
da beneficia. c. cum causam. de app. l. a iudice. de iud. C. quia illa
2 iura non procedunt † in delegato legati, tum quia legatus ęqui
paratur Proconsuli. c. 2. de offi. leg. libr. 6. Delegatus aũt procõ-
sulis potest subdelegare. l. obseruare. § fi. cũ l. seq. ff. de of. pcõ.
ergo delegatus legati etiã poterit subdelegare, tum quia dom.
Galeotus erat delegatus ad vniuersitatẽ cãrũ, & delegatus ad
3 † vniuersitatem cãrũ p̃t subdelegare. l. cũ ptor. §. j. ff. de iud. l. j. ff.
quis & a quo. Et ꝙ delegatus legati de latere possit subdelega-
re, tenet Spec. tit. de iud. dele. §. iam nunc dicendum. ver. sed nũ
quid subdelegatus. & Pan. in ca. cum Bertoldus. de re iud. Ant.

de

ite Ba.in c.sup qõnũ.de off.de leg.Phil.Fran.ĩ d.c.cũ cãm Ang.
in l.more.ff.de iurisdi.om iu.la.ĩ d.l.a iudice.& ista est cõis Doct.
snia. Præmissis non obstantibus amplector cõtrariam sniam,
rõnibus subsequentibus.Primò, quia delegatus legati ad uni-
uersitatẽ causarum,ptout erat do.Galeotus, licèt possit subde
legare particulares causas,ñ tamen põt omnimodas vices suas
4 in totum † subdelegare, & ad vniuersitatẽ cãrum subdelega-
tũ facere exẽplo ordinarii, q non põt oĩmodas vices suas alte-
ri demandare.l.legatus.ff.de offi.presi.Ita signãter determinat
Io.de Imo.in c.sup qõnũ.§.si verò sup glos. in ver.nec causam.
de off.dele.& sequit latius declarando Phil.de Perusi.in c.cum
cãm.col.fi.de appe.dicẽs illud esse notandũ.Nõ ob.si dicatur,
q do.Galeotus erat vicelegatus,non delegatus. & vicelegatus
habet ordinariam iurisdictionem,nõ delegatam.& omnia fa-
cere potest,q̃ põt legatus,cuius vices gerit,l.2.C.de offic eius,q
vic.alterius gerit,qa istud negatur.Et p intelligentia termino-
rum sciendum est,q inter delegatum, ad vniuersitatem cãrũ
5 & vicegerentem,seu vicelegatum, ea est † dñia, quia delega-
tum dr,cui legatus,vel alius habens ordinariam,committit ui-
ces suas,& de isto nos loquimur vicelegatus,seu uicegerens, si
ue locum tenens,dr ille,qui à Papa,vel Imperatore,aut a Rege
subrogatur in locum alterius non valẽtis officio vacare & de
isto locum tenente,siue vicelegato loquit d.l.2.C.de offic.eius
qui vices alte.gerit.Ita hos terios declarat Bart.ĩ l.j.§.ij.quibus.
ff.de leg.3.& Pau.de Ca.in l.a.ff.de offic.eius,cui ⁂ an.est iuris.
Ale.& Mod.in rub.eius.titu.Cum igr do.Galeotus eẽt deputa-
tus locum tenẽs a legato,ergo dici dẽt delegatus, & nõ vicele-
6 gatus.Et sic bñ sequit,q nõ potuit † alium locum tenẽtẽ face-
re,nec alteri omnimodas vices suas committere, concludunt
Imo.& Peru.& si dicat, q Alexander Papa ɔfirmauit deputa-
tionem, & locũ tenentiã factã p Iulianum legatũ de dicto Ga-
leoto, vñ debet censeri tanq̃ legatus Papę, qa ea nña facimus,
qbus auctoritatẽ nñam impartimur.l.2 §.sed qa.C.d vete.iure.
7 enuc.c.si apostolicæ.de pben.libr.6.Rñdeo, q Papa† ɔfirman-
do,nihil noui ɔcesit.l.& qa ff.d iur.om.iu.& ɔfirmatio ɔfirmat
actum prout est,c.j.& 2.de confir.vti.vel inuti. Et confirmatio
nihil aliud est,q̃ iuris prius quęsiti ɔprobatio. sm Gofr.& Host.
in summa eiusdẽ tit.Sed Galeotus añ ɔfirmationem erat dele-
gatus Iuliani.& non vicelegatus,& solũ iurisdictionẽ delegatã
acquisierat,ut supra oñsum fuit, ergo illa sola iurisdictio dlega
ta dr confirmata,& nõ ordinaria de nouo ɔcessa.vñ cũ Galeo-
tus non habeat iurisdictionẽ ppriã,& radicatã ĩ sua psona,sed
solũ vsũ hẽat ex psona legati,restat ɔcludẽdũ,q ẽet delegatus
Iuliani,& ñ vicelegatus ɔstitutus a Papa in locũ Iuliani corro-
borat,quia si fuisset ɔstitutus vicelegatus habens ordinariã iu-
risdictionẽ a Papa, non potuisset Iulianus ad bñplacitũ reuo-
care ipsum Galeotũ ab officio, nec iurisdictionem sibi auferre
d.c.j.& ibi Dec in tertio pmisso post Pañ.& Fel. in c.cũ accesis-
sent.de const. Cuius ɔtrium cãtat subrogatio facta de ipo Ga-
leoto,quia est ɔstitutus locũ tenẽs ad bñplacitum ipsius Iulia-
ni.Et si pertinaciter instetur. q Iulianus dedit ipsi Galeoto fa-
cultatẽ exercendi iurisdictionẽ sibi ɔcessam ẽt p aliũ, & Papa
ẽt ɔfirmauit.Rñdeo aduertendũ ẽẽ,q Iulius solum cõcessit,q
Galeotus posset per se, vel aliũ exercere officiõ rectoriatus co
mitatus Venelini.Sed q possit in prouincia puincię exercere
officiũ legationis p aliũ,nõ legit ĩ deputatione,vñ non est am
plianda ptãs delegata,imo in dubio restringẽda,nec extẽdẽda
vltra ɔprehẽsa in delegatione.c.cũ olim.el.j.de of.dele.Et si ite
rum instet,q concessit Iulianus Galeoto eandẽ ptãtẽ,quã ipse
hẽbat,ẽt quo ad subdelegandum. Rñdeo, q licet Iulianus ha-
beret facultatẽ faciendi vnũ delegatũ ad vniuersitatẽ cãrũ, si
ue vnũ locũtenẽtẽ, ñ tñ hẽbat facultatẽ dãdi iam delegato, si
ue locũtenẽti ptãtẽ faciẽdi aliũ locũtenẽtẽ,vñ cũ dederit Ga
leoto ptãtẽ eã,q̃ habebat subdelegãdi, nõn cẽset dedisse hanc
quã nõ hẽbat, maxime cũ in gñali ɔcessione nõ ɔprehẽdan-
tur imposia, seu alias interdicta ɔcedẽti. l. Lucius.§. Imperator.
ff.ad muni.c.a nobis.vbi Abb.de sent.excom.¶ Confutato tit.
lõ superest, vt oñdamus titulũ Claudij fore canonicũ ad hoc,
vt occurrat gra si neutri.Discutiamus igit an R.d.Card.Roto
magẽ. potuerit ɔferre hanc præpositurã in ciuitate Lugdu-
ni antequam ingressus esset limites puinciæ Massiliẽ. Et pri-
ma ɔsideratione qspiã rñderet nõ potuisse,qa facultas exercẽ
di legationẽ sibi reperit ɔcessa, cũ limites suæ legationis fue-
rit ingressus,ita clare cãntant lræ legationis,& ẽt iuris est.l.ob-
seruare.§.post hęc.ff.de of. pconf. Ego tñ sum in ɔña snia dna
8 bus rõnibus.Primò,qa† legatus põt exercere voluntariã iuris-
dictionẽ antequã ingressus sit puinciã,sm Spe.in tit.de leg. §.
nunc dicamus qñ.in princ.per tex.clarũ in l.2.de offi.procons.
& ɔñr potest ɔferre beneficia, qa ɔferre est iurisdõnis volũta-
riæ.c.post electionẽ.de ɔce.pb.c qua fronte.de appel. per quæ
iura gl.Inn.& alij in c.noui.de offi.deleg.dñt legatum exñtem
extra suã puinciã posse bñficia ɔferre, & idẽ dixit Spe. in d.§
nunc dicamus.ver.põt ẽt extra sibi decretũ.Scdo,qa cũ eẽt Re

Legatus Lugduni dicebat ingressus limites suę legationis,qd
9 sic pbatur.legatus in pluribus puincijs nõ dr hẽre† plures lega
tiones,sed vnicã tñ.c.nouit.de of.leg.ibi,nõdũ terios suæ lega
tionis erat egressus,cũ non solũ in regno Francorũ,sed Vien-
neñ. Lugduneñ. & Bisuntina puincijs legationis solicitudinẽ
suscepisset.sic dicamus,q vnica est via, licet extendat ad plura
prędia.l.vna est via.ff.de serui.rust.pdio.Et iõ dicit Pañ.in d.ca.
nouit, q legatus in pluribus puincijs, põt facta vnius prouin-
ciæ exercere ĩ alia,qa vnica est legatio,& not.ibi Ioan. de Imo.
q iurisdictio ɔtinens plura territoria dr indiuidua, & tota in
toto,& tota in qualibet parte totius:qd ẽt sequit Pan. licet ve-
lit, q legatus plurium puinciarum non possit in iurisdictione
ɔtẽtiosa trahere inuitũ extra suã prouinciã.c.neminẽ.3.q.6.Dũ
igitur d.Car.Rotomagensis eẽt ɔstitutus legatus Frãciæ,Vien
nen.Lugdunen.Aquen.Narbonen. omniũq; Galliarũ prouin
ciarum,quãprimum ingressus fuit aliquã prouinciã Gallię, dr
limites suæ legationis ingressus.d.c.nouit.vbi tex.clarus, q ca-
uillari non põt.Et ex hoc correlariè duo sequuntur.Primo, q
valeat collatio dictæ ppositurae facta Lugduni. Scdo,q no ua-
leat collatio eadem die facta p Rodulphum Francisco de Pe-
trerio,nõ solũ rõnib.supra deductis, sed ẽt qa idẽ Rodulphus
10 desijsset eẽ vicelegatus† quã primũ R. do. Legatus Rotomag.
ingressus eẽt limites suæ legationis. l. meminisse.ff. de of. pcõ.
Et si dicat istud verũ esse,si idem Rodul.sciuisset aduẽtũ d.Ro-
tomagen.l.si fortè.ff de offi.pf.q̃ scia nõ psumit nisi probetur.
reg psum.ĩ.de reg.iu in.6.Rñdeo,q non licet notoria ignora-
re.c.j.de postu. plat.& qs existimabit Rodulphũ ignorare ad-
uentum dn.Rotomagen.q pluribus diebus & ebdomadis iam
aduenerat in Delphinatu, & Lugduni prouincijs finitimis p-
uincię Aquen.& ciuitati Auenionensi:certè nullus.c.quoldã,
c.quãto.de psum.& facile erit,vt puto,probare, q ea die fama
publica erat in ciuitate Auenionensi,q do Cardinalis erat fa-
ctus legatus etiam in prouincia puinciæ, & quod aduenerat,
& Lugduni moram faciebat. Laus Deo.

RESPON. III.

REuerendus Dñs Nicolaus Crulli vrbem ĩ-
gressus,suspẽsam iurisdõnẽ ha
bet.Nã lex fi ff.de offi.pcon.interpretationem reci-
pit ab officio iurisdictionis ẽt voluntarię exercen-
dæ in vrbe,rõne honoris,& dignitatis supremæ, nisi animum
redeũdi in prouinciã mutarit legatus.¶ Potestas,seu clausula
derogandi omnibus regulis canonicis legato concessa,nõ ex-
tenditur ad regulas Lateranensis ɔcilij de non verisimili noti
tia,nam concedens ipse dictæ regulæ, nullo iure derogare po-
tuisset.quare clausula,supplentes omnem defectum,ad ius po-
sitiuum restringitur. nam explorati iuris est Pontificem, nec
contra ius naturæ minusque diuinum (nisi maxima,& urgen
tę causã subsistente) disponere,aut prouidere posse.

SVMMARIVM.

1 *Per vrbis ingressum legati iurisdictio non extinguitur,sed suspenditur.*
2 *Potestas derogandi omnibus canonicis regulis legato concessa,non extendi-
tur ad regulam de non verisimili notitia.*
3. *Dispensatio,per quam inducitur votum captanda mortis,est nulla,cum iuri
diuino,ac naturali rationi repugnet.*
4 *Ratio est anima legis.*

Respon.interpreta.

1 LEx fi.ff.de offi.proconsul.intelligit quãtũ† ad exerci
tium,siue actum iurisdõnis exercendæ in urbe.
exercitium enim deponit legatus etiam quantum ad
voluntariam iurisdictionem,& quãtum ad insignia ob
præsentiam,& reuerentiam Papæ,a quo iurisdictionẽ habet,
nõ aũt quãtũ ad habitũ,qa non pdidit iurisditionẽ in sua pro-
uincia.Ita Sal.in l. in hac.C. de do hoc uult.Spe.ri.de leg.§.fini
tur.vet.itẽ q̃ cito.q l.fi.intelligat qtũ ad exercitiũ in urbe,non
in prouincia sua & in prin. ibi,sed si egredit,vt statim reuerta-
tur,iurisdictio intermittitur, nõ finit & sm hoc intellige ff.de
offi.pcon.l.fi.meritò delegantis d.legati existente legato in vr-
be,potuit ɔferre bñficiũ de quo agit. nec obst.tex. in c fina. de
offi.leg.vbi dr,q delegatus d.legati nihil potest quãprimum le-
gatus egressus est prouinciã,nisi iurisdictio delegati iã fuerit p
petua,qa loquit ille text. qñ legatus egredit animo non redeũ
di, quo casu iurisdictio sua expirat ẽt quo ad habitum, secus si
egrediatur animo reuertendi,sm Host.& Card.ibi.in 3.not.&
Car.in c.nouit.in 6.q.e.ti.vbi pcisse tenet,q in casu d.l. fin. per
ingressum vrbis suspẽdit iurisdictio legati,nõ aũt extinguitur.
& ista est veritas.& ita l.illã fi.intelligũt gl.Bar. Alb. & *cõter* alij
ibi,& in varijs locis,q̃ non refero.& iõ parcat mihi Re. do. Ni-
co.Caroli christianissimi Regis Fran.& ducis Mediolani ordi-
narius capellanus meritissimus, si non ɔcurro in sententiam
aliorum,qui p eo allegatunt. An uigore potestatis derogandi
omnibus regulis canonicis, possit d. legatus derogare regulę
de non verisimili notitia? videtur, q sic; quia in specie non
repetitur inter regulas decretales, nec sexti libri, ergo erit re-

gula canonica, ut in simili dicitur in §. acti. Inst. de acti. quia ex
rationibus iuris antiqui, videlicet ca. 2. de ꝯces. ꝑben. & c. ne ca
ptandæ, & c. 2. eo. tit. in 6. posset colligi hæc regula, facit l. 1. ff. de
regu. iu. gl. in rub. in 6 ex quo sequitur, ꝙ huic regulæ potuit d.
legatus derogare. & si dicatur, ꝙ huic non possit derogare tā-
quam sit regula iuris pontificij, certè nec alijs regulis poterit,
quia omnes sunt extractæ de corpore iuris. sed ꝯñs quilibet fa-
tebitur falsum, ergo & antecedens, arguendo, ꝯsequen. destru
cto l. apud antiquos. C. de fur. l. si ego. §. parenti. ff. de pub. act.
Sed præmissis non obstā. ꝯtrium suaderi pōt rationibus, ut ar-
bitror ꝯcludētibus. Prima rō, legatus ex sua gñali ptāte nō pōt
1 derogare ꝯstōnibus † concilij. c. dilectus. primo. de præbē. & ibi
Abb. in si. iuncto d. c. 2. de conces. pb. Hinc est, ꝙ gñalis clausula
derogatoria, nō obstante, nō sufficit ad derogandū ꝯstōnibus
ꝯcilij, ſm Arch. in c. j. de const. li. 6. cum alijs alleg. per Fel. in ca.
nonnulli, col. 26. & seq. de rescr. verum & qui cōfert beneficia
defuncti ante uerisimilem. notitiam obitus, dr̄ ꝯ ꝯstōnem La-
teranen. ꝯcilij impetrare, ergo &c. Minor iustificatur per text.
in c. 2. de conces. pręb. li. 6. ubi ꝓbatur. & ibi no. Phil. de Peru. ꝙ
oīs impetratio, per quam directè, uel indirectè induci pōt oc
3 casio captandæ mortis, † nulla est ipso iure tanq̄ ꝯ ꝯstōnē con
cilij obtenta, sed ista est hmōi, & ea ratione ne detur occasio
captādæ mortis alienę fundatur illa regula, ut ibi ꝯcludit glos-
sator, & uerum dicit, igitur, &c. Secundo sublata lege, nō tñ in
telligitur sublata rō legis, si talis sit ratio naturalis. l. has oblatio
nes. ff. de c. dim. licet ergo R. d. Car. Legatus poterit derogare
regulæ de non verisimili notitia, nō tñ poterit derogare regu-
læ de non uerisimili notitia, non tñ poterit derogare rationi
4 naturali † ipsius regulæ, & sic præstare occasionem captandæ
mortis alterius, ut per Fel. in ca. i. col. fi. de rescr. Tertio, qa facul
tas dispensandi uel derogādi iuribus licèt alias latè sit interpre
tanda. c. fi. de simo. ubi Abb. Bart. & alij, l. 2. in prin. ff. de uerbo.
obl. tñ non usq; adeo extendendi est, ut intelligatur in prohibi
tis iure diuino, vel naturali. ēt si facultas ꝯcessa sit per verba ꝑ-
gnantia, ſm Bal. Ang. & Imo. Ale. & Mod. in l. filius a patre. §. fi.
ff. de li. & posth. solummodo intelligitur concessa facultas de
rogandi iuri positiuo. hinc clausula, supplentes oēm defectū,
intelligit. s. iuris positiui. Abb. in ca. inter dilectos. col. 8. de fide
instr. Spe. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. ver. 18. Ale. cons.
79. in 1. parte, & alibi sæpe. sed regula de non verisimili est in-
troducta ratione naturali, uidelicet, ut tollatur occasio delin-
quendi, & data ēt fauore aīæ, ut dixit gl. in d. regula, ergo quan
tum ad illam regulam non se extendit potestas legati, nisi es-
set expressa, & specialiter concessa, ut dixit Spec. in d. uersi. 17.
Quarto, & ult. & si Re. do. Legatus habuerit facultatem dero-
gandi, tñ non potuit sine cā apparente illi derogare, qa facul-
tas dispensandi concessa per Papam inferioribus, intelligitur
subsistente causa, quæ appareat tempore dispēsationis ſm In-
no. in c. dudum. ad fin. de elect. & ibi Ant. & Pan. in cap. at si cle
ri §. de adul. de iud. & in c. præterea. co. pe. de rest. cog. cum alijs
alleg. p Fel. in c. ad audientiā. 2. col. 3. & seq. de rescr. & in ca. po-
stulasti. co. 16 uer. 3. casus, co n. ubi dixit no. Hic ꝑpetuo in foro
ꝯtentioso ad infrigendum mille dispensationes, quas faciunt
legati cum personis indignis. Credo aūt, ꝙ nec fuerit expressa
ratio, nec forte subest legitima causa dispensationis, igitur &c.

¶ De transactionibus.

RESPONSVM I.

ET si Non liceat in omnibus casibus super quota
decimarum (rōne symoniæ) transigere, tñ in
casibus licitis ꝑposita trāsactio si substātialibus careat
nullo iure tenet, ut puta si in ea desit capituli ac supe-
rioris consensus, si desintq; duæ partes ex tribus in c. ꝑtium,
Ideo dato, licet non concesso, ꝙ transactio d. Pet. Fran. de Ma-
lagrippa tunc Prioris, facta fuerit in casu licito, & confirmata
auctoritate cap. cum careat substantialibus, nulla est.

SVMMARIVM.

1 *Transactio decimarum facta sine consensu capituli, & superioris, est nulla.*
2 *Capitulariter quicquam statui non potest, nisi duæ partes ex tribus præsentibus intersint in capitulo cum auctoritate Abbatis.*
3 *Asserenti incumbit onus probandi.*
4 *Papa dicitur diœcesanus monachorum, & monasteriorum exemptorum.*

Respon. interpreta.

POsito ꝙ sup quotam decimarum fieri possit trā-
sactio in certis casibus de qbus per Abb. in
c. statuimus. de transa. & essemus in aliquo ipsorum ca
sium, ꝙ tñ non affirmo. Quæritur, an stantibus ijs, q̄
in narratione facti ꝓponunt, ualuerint transactiones s. mētio
natæ. Omissis superfluis de prima nō est dubiū, ꝙ est mero iu-
1 re nulla, qa facta † sine cōsēsu capituli, & superioris. c. 1. & ꝑ to
tum, de his, q̄ fi. a prælat. & si ualeat nō potuisset ualere, nisi pro
... [illegible] Prioris, cum q... [illegible] c. ueniēs. ubi casus ex
pressus, de trā. & de ista ēt uideo, ꝙ nō hęsitat. ex quo ꝑ secun
dā ab ea recessū ur, l. pacta nouissima. C. de pac. sed dubitatio
tota ꝯsistit sup scda, q̄ dr̄ facta ꝑ d. Pe. Frā. de Malagrippa tunc
priorē, & ꝯfirmata auctoritate capituli, in quo tm̄ interuerūt
prior claustralis tanq̄. & decē, & octo monachi ex xl. & sic mi-
nor ps, Abbate suo capite lrīo spreto & nō uocato. Hic aduer-
tēdū ē, utrū abbas & oēs 40. monachi essent pñtes, & tūc sine
dubio uī dēm trāsactionē nō ualere ex pluribus. Primo, qa fcā
sine ꝯsensu capituli, d. c. j. nō. in capitulariter ꝑt aliqd fieri, nisi
2 partes ex tribus eorū, q sunt ꝑsentes, intersit, in ca. l. nonnulli,
& ibi gl. ff. qd cuiusq. uni. no. ... nominationū. C. de decu. li. x. Inno. &
Pan. in c. ecclesia vr̄a. de elect. & in c. cum oēs. de ꝯsti. & alibi sæ-
pe Scdo, quia sine auctoritate abbatis ꝑsentis non potuit ꝯuo
cari, & cōgregari capitulū, iuxta plenè tradita ꝑ Inn. & Pan. in
c. j. de maio. & ob. Tertio posito, ꝙ potuerit cōgregari, qa tñ ꝯ
tēptus fuit abbas capituli, nihil rectè, neq; etc agi potuit. Pos-
sem multis rōnibus, & iuribus hoc comprobare, sed sufficiat al
legare tex. in c. nullam. 17. q. 2. Si uero abbas, & alij monachi e-
rant absentes, dēm vr̄ trāsactionē ualere, tanq̄ lrīmè ꝯfirmatā
& ratificatam ꝑ capitulū. c. ꝯtingit. de trās. nec ob. ꝙ abb. & alij,
nō fuerūt uocat., qa absētes nō sunt uocādi, qñ agitur per alie-
nationē rei ecclesiasticæ. c. 3. §. hoc ius porrectū. x. q. 2. auc. hoc
ius porrectum. C. de sa. san. ec. Fel. & alij Mod. in c. cum oēs. de ꝯ
sti. tñ adhuc puto ꝯcludendum, transactionē hanc uiribus nō
3 subsistere. Et in primis aduertendum est, ꝙ q dicit † abbatē fuis
se absentem, debet ꝓbare, qa ꝑsumitur fuisse in monasterio,
in quo residere tenebatur. ſm Pau. de Elça. in disputatio. incip.
capitulum perit. de qua meminit Fel. in ca. ex literis. de ꝓba. fa-
cit d. Barto. in l. regulari. in prin. ff. de pę. & ꝙ dixit Gan. in male
ficiis, sub rubr. de multis q̄stis, col. 8 uer. quęro pone. Scdo ad-
uertendum est, ꝙ in themate ꝑsupponit monasteriū exēptū,
4 quo casu Papa † dr̄ diœcesanus dictorū monachorum, & mona
sterij exēptorum, ſm gl. in c. auctoritate. de priuileg. lib. 6. uñ si
cut transactio facta ꝑ abbatē, & monachos non exēptos sine
consensu epi diœcesani nō tenet. c. statuimus. & c. de cętero. de
transac. & abbatibus. 12. q. 2. cū si. ita non tenet facta ꝑ abbatē,
& capitulum exēptū sine ꝯsensu Papæ sui diœcesani, ſm glo. &
scri. in cle. 1. de reb. ec. nō alie. Ale ꝯsi. 17. inci. uiso instro. col. 3. in
4. li. Barb. cōsi. 40. ꝑclarè scribitur. col. 4. in prin. Ge. cōsi. 93 inci.
opponitur. ubi cōsuluit compromissum factū ꝑ abbatē, & con-
uentū exemptum sine cōsensu Papę nō ualere, ergo nec ēt te-
nebit transactio. cōpromissum. n. dr̄ transigi. auct. si vero con-
tigerit. C. de iud. & si fortè dicatur, ꝙ ꝑdicta ꝓcedunt quando
monasterium exēptū nō est pleno iure submissum abbati, cui
iurisdictio epalis ꝯcessa nō extitit, secus si Abbas ex priuilegio
exēptionis hēat iurisdōnē quasi epalē, tunc sufficit auctoritas
ipsius Abbatis ſm gl. in d. cle. 1. ēndeo esto, ꝙ ita sit, qa tñ nō in
teruenit ēt ipsius Abbatis consensus, remanet cōcludendū oī
ex capite hanc trāsactionem carere debitis substātialibus. Præ
terea licèt ipsum monasterium sit exemptū, non tñ credo Ab
batē ipsius hrē iurisdōnem quasi epalē, sed illā fore penes gñā
lē, & supremū ministrū, seu Abbatē, cui oīa monasteria eiusdē
ordinis subsunt, ſm Car. ꝯsi. 47. inci. Reuer. pf. & Barb. in cons.
40. ex his patet non obstare, q̄ dixi s. ꝙ Abbates nō sunt vocādi
qa uerum, si præsentes pñt soli actū ipsum expedire. Sed Prior
Claustralis cū his decē, & octo sine auctoritate Papæ, aut sui
gñalis, uel saltem Abbatis, non pñt auctorizare trāsactiones q̄
fiunt, de & super rebus monasterij, d. c. nullam. cū alijs s. alleg.
merito ꝙ ꝑ eos solū actum est, uiribus nō subsistit. Laus Deo.

¶ De procuratoribus.

RESPONSVM PRIMVM.

QVemadmodum Enim ad futurā litē
procurator dari pōt,
ita ēt ad futura seu obtinenda, & renunciāda benefi
cia ꝓcurator constitui pōt, & maximè cum nō sit, q
inficierī ad acceptanda beneficia procuratorem constitui pos
se, & licitum sit de acceptatione ad renūciationē arguere. nec
argumento opus est, ubi renūciationis uerba sunt clara, quę si
clara esse negentur, non dubia esse manifestè probaī, cū ꝓcura
torium sit conceptū cū libera, & sub illis uerbis, qcquid dñs fa
cere potuisset, & sub hac promissione, promittit. n. cōstituens
gratum, & ratum habiturū quicquid ꝑ procuratorem factum
fuerit, quæ operantur procuratorium cum libera, & procura-
torem constitutum ad renunciandum datum censeri.

SVMMARIVM.

1 *Procurator etiam ad futuram litem constitui potest.*
2 *Procurator ad acceptanda, & renuncianda beneficia constitui potest.*
3 *Argumentum a contrario sensu, validum est in iure.*
4 *Rescripta sunt restringenda, ne circumueniatur concedens, procuratoria uerò latè sunt interpretanda.*
5 *Procurator cum libera renunciare potest beneficia.*
6 *In claris non est opus coniecturis.*

7 Ratihabitio

7 *Ratihabitio domini non est necessaria in resignatione facta per procuratorē habentem ad id mandatum, aliàs secus.*
8 *Officia non repugnantia ab uno, & eodem exerceri possunt.*

Respon.interpreta.

EX proposito Themate illud potissimè in dubiū reuocatur, nunquid valeat renunciatio beneficiū facta per procuratorem ad futura, siue obtinenda beneficia, siue renuncianda constitū statutum? Et breuiter scribendo, vr̄ q̄ nullo modo valeat in primis p text.in l.itē eorū.§.sed si ita.ff. qd cuiusq; vno. no. vbi actor constitutus ad quascunq; q̄ incidissent cōtrouersias, ipso iure nullius momēti est. vnde si istud est in actore, q ad prophana & sæcularia negotia cōstituitur, a fortiori debet esse in eo, qui ad bñficia, & ad spūalia est cōstitutus. ar.c vbi periculū. de ele. lib. 6. ¶ Ad idē & scdo pro ista parte adducit ar. de resc. ad procuratoria, quod bonū est vt volunt Domi. de Ro. decisi. 563 inci. verum procuratorium. in antiq. Fel. in c. relatum. de offi. deleg. col 2. Inn. in c. cū olim Abb. eod. tit. l. & quia, de iure. om. iud. Sed sic est, q ipsa rescripta nec ad lites futuras, nec ad futura beneficia extendantur. c. fi. de rescrip. cle. fi. to. ti. ita nec ēt ipsa mandata procuratorum ad obediendā in futurū bñficia se debent extendere. ¶ Tertio adducit, q ad renūciādū bñficia requirit speciale mandatū, vt no. Card. in cle. 1. in 7. no. & in t. opp. de renun. ar. c. fi. de proc. lib. 6. arguendo de matrimonio carnali ad spirituale, de quo bonū est ar. c. sicut vir. 7. q. 1. & tale mandatum speciale super bñficio nondum obtento interuenire non potuit, cum qualitas non possit esse sine subiecto. ca. cum Marthæ de cele. miss. non dēt igitur tale mandatum ad futura beneficia renunciāda valere. & pro ista parte facit text. in l. si quis mihi bona. §. sed utrum. in princ. ff. de acq. hær. & quod decidunt Dom. de Rot. dec. 563 in antiq. ¶ Istis tñ non obstantib. ɔtrariā partē credo de iure veriorē, & q immo possit dari procurator ad futura beneficia renuncianda, ꝓbatur
1 in primis per text. in l. 3. ff. de proc. ubi & ad litē † futuram pōt dari procurator, & istud non habet dubiū, Imo, ut uoluit Spe. in tit. de proc. ant fuit ꝓcurator simpliciter cōstitutus, ēt ad futura constitutus censet, ut ēt tenuit Pau. de Leaza in cl. 1. de pc. licet de hoc ultimo *cōis* sit in ɔtrariū, tñ Ro. in ti. de ꝓc. dec. 412. fuit dubitatū. dicit q per maiorē partem Dominorū fuit ita conclusum, & determinatum. & spec. in d. titu. de proc. §. 3. uer. sed quid si procuratorium dicit ita fuisse obtentum. si ergo simpliciter datus extēdit ad futura, quanto magis ubi hoc expressè caueturprout expresè cautū fuit in casu nr̄o, ubi & de obtentis & obtinēdis, & renūciādis fuit data facultas, ut in mandato procuratorio continet. ad id ꝓbandū adduco, nā cū idem ius sit acceptandi & renūciandi, arg. l. datū. & ibi Bald. ad hoc no. C. de le, & in l. 3. §. cū Titio, ff. de adi. leg. & est in ar. tex. in capit. uerbum. de pœn. di. 1. Et clarum sit procuratorem ad
2 bñficia acceptanda † constitui posse, vt probant deci. Rot. 171. no. q in antiq. & 173. no. q, in eiusdē. & Rot. in dec. 529. vtrum possit in eiusdem & in deci. Ro in nouiter collectis, decisio. 4. vtrum quis possit. in titulo. de procurat. in nouiter collectis. & tenuit. Arch. de concel. prēb. c. ne captandæ. lib. 6. ergo eodem tuō poterit constitui ad renunciandum. Tertio, & vlt. pro hoc adduco, expsè deci. Ro. in primis deci. 529. in tit. de proc. in antiq. vtrum possit quis constituere procuratorem ad acceptandum, & permutandum beneficia in posterū obtinenda. & rñdet, q oēs Dñi tenuerūt, q possit. ad idē est alia dec. Ro. in nouiter collectis dec. 4. in tit. de ꝓcu. vtrū qs possit. idē dicit, q oēs dñi ēt ita tenuerunt. pro quo est ēt alia deci. Ro. 242. inc. nota, vbi quis. in ant. dū vult, q cōstō procuratoris facta ad renunciandum certū bñficiū, qd̄ tpe ɔstōnis nō erat cōstituētis, nō
3 valet, ēt si tpe pmutationum esset dñs, quasi innuat secus † esse si ad incertū bñficiū fuerit ɔstitut', qa tūc valebit, ēt si ex post facto ad constituentem puenent Nec ob. all. in ɔtrariū, in primis non ob. tex. in l. item co tū. §. sed si ita. quia illud iō est, pp transgressionē mādati. vt vult ibi gl. & gl. in l. 3. de ꝓc. Nec ob. ex secundo ar de mandato procuratoris ad rescriptum delegatorium, quia dico, q licet in multis conueniant, in hoc tñ differunt, vt expresè dicit Fel. in c. relatū. ver. sexta dña. de offi. de-
4 le, licēt. n. prohibitū sit per legem rescriptū eatēdi † ad futuras ɔtrouersias. c. fi. de resc. iñ hoc nō inuenit ꝓhibitū in procuratore, imo pmissum, vt ff. de ꝓc. l. 2. & 3. & rō diuersitatis pt assignari, qa in ipetratione rescriptorū sæpe circūuenit cōcedēs, & vt plurimū subreptitia ipetrant, idcirco adeo strictè intelligunt. c. fi. eles. de resc. eā. & c. cū in multis de rescr. in 6. sed non sic in mandato procuratoris, qd̄ fit a constituente, & non īpetrante. iō in fauorē ipsius cōstituentis latius est interpretādū. Nō ob tertio dum dr, q ad renūciandū requiritur spāle mādatum &c. Nā rūdeo, q iste procurator, q renunciauit, habuit ad hoc spāle mandatū, vt expresè cantant verba procuratorij in strū. ibi, spāliter, & expresè an ipsius, &c. Et posito, q illa verba
5 deessent, adhuc tñ cū datus sit ꝓcurator † cū libera, renūciare potuisset, iuxta tex. in ca. qui ad agēdum de procu. & iste liberā hēat per illa verba in istrō apposita, quicqd dñs facere potuisset, si præsens esset. quę verba faciunt procuratorē cum libera, vt vult Bar. in l. procurator, cui libera. ff. de proc. & idem Bald. ibi. & Bal. in l. 1. C. de bo. mat. & Ant. & Inn. in c. fi. de diā. cum ꝓcor. adductis per Phil. Fran. idē tenentē in d. c. q ad agēdum. Et posito adhuc, q illa uerba deessent, sunt tñ alia in instrō mādati, q̄ ēt hoc importent: ꝓmittit. n. ɔstituens id gratum, & ratū habiturum qcquid p procuratorē factū fuerit. q̄ verba important mādatū cū libera, vt dicit Bar in d. l. procurator. p tex. in l. creditor. §. Lucius. ff. man. & cuius doctr. sequit Phil. Fran. in allegato c. qui ad agendū. in vltimis verbis. vnde ex oībus s̄. adductis resta t tale mandatū fuisse sufficiens ad renūciandū beneficia postmodū obtenta. ¶ Ad s̄m dū dubitat̄, nunquid illa clausula, toties quoties, aliqd operet, &c. dico, q opat̄, & istud est clatū p l. sicut in annos. ff. qui. mo vlusfr. amit. & l. fideicommissa. §. si quis decem. iuncta glo. ff. de lega. iij. Et posito, q nihil operet, tñ p hoc non minus ipsum mandatū extendit ad beneficia obtinenda, cum illud † expsis verbis ɔtineat̄ in instrō mā-
6 dati ꝓcuratorij. Ad tertium. in quo dubitat̄, nunqd resignatio facta uirtute mandati egeat ratihabitione dñi? Br̄ rñdendo di-
7 co, † q non, cū iā extructa sit, & firma absq; alia ratihabitione, per tex q ibi no. in l. licēt. ff. de iudi. & no. in c. cum cām. de test. & tunc tantummodo est necessaria ratihabitio, cū resignatio fit p eū, q nō est ꝓcurator, vt uult. Arch. in c. cū in tua. de ɔsue. li. vj. & Rota deci. cclxxxix. incip. not. q non ꝓcurator. in anti. ¶ Ad quartum, dum dubitat̄ nunquid vicarius. cum esset constitutus procurator ad signandū, potuerit conferre? br̄ rūdeo q sic, dummodo habeat specialem facultatem beneficia conferendi, iuxta c. fi. de offi. vic. li. 6. nec aliquid sibi obstat, q fit ꝓcurator. constitutus ad resignandum, tum quia non resignauit, tum ēt quia, cum hic simus in uoluntarijs, potuisset & resi-
8 gnare, & conferre, cum ista † adinuicem sibi non repugnēt. iuxta l. si consul. ff de ado. & l. accipientis. ff. de auth. tut. cum vulg. ¶ Ad quintum, quo quæritur, an mandatum sit sufficiens ad actionem in eo comprehensam dico, q sic, tum quia adest speciale mandatum cum libera, tum quia expresè cōstituens dat facultatem procuratoribus agendi quicquid ipse dñs posset, ꝓmittentes illud, & ratum, & gratum habiturum, & etiā in specie fuerunt constituti ad renunciandum quæcunque beneficia constituentis siue obtenta, siue in posterum obtinenda.

De Arbit. & arbitrato.

RESPONSVM I.

LIcèt Arbitratores etiam die feriata in honorem Dei laudare, & arbitrari possint, etiam citatione peremptoria ad sententiam audiendam prætermissa. Nihilominus compromissum per domi. Ant. ex una, & distributorem, ac capitulum ex altera collatum in Re. do. electum Aptensem, & domi. Guliel. nullo iure subsistere potuit, nam d. An. pupillus sine tutoris auctoritate compromittere non potuit, minusque etiā distributor sine consensu capituli aliquid agere non ualuit. Ideo compromissum huiusmodi subsistere non posse indubitati iuris est. Nec distributiones quotidianas, quæ tantum interessentibus, & diuinis deseruientibus debentur, prædicto d. Anto. deberi constat, licèt ætatis dispensationem obtinuerit, & consequenter fructum, ac distributionū quotidianarum, nisi saltem per alium ex forma dispensationis, & s̄m fundationis legem, & consuetudinē deseruit in diuinis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia arbitratoris lata die feriata in honorem Dei tenet.*
2 *Sententia arbitra. tenet absque citatione peremptoria ad audiendum sententiam.*
3 *Pupillus sine auctoritate tutoris compromittere non potest.*
4 *Beneficiatus non potest fructus beneficij ad uitam alienare, nisi necessitatis, uel utilitas ecclesiæ id exigat.*
5 *Distributor non potest aliquem ad distributiones quotidianas sine consensu capituli admittere.*
6 *Arbitri, & arbitratoris potestas à compromisso dependet.*
7 *Dispensatus super ætate, etiam quò ad fructus, & distributiones censetur dispensatus.*
8 *Distributiones quotidianæ debentur solum interessentibus, & in diuinis deseruientibus.*
9 *Testator potest capellæ patronatæ in diuinis conditionem imponere.*
10 *Laudum cōtra iuris regulas, consuetudinem, ac mentem statuentium latum, est nullum.*
11 *Non adimplenti non est adimplendum.*
12 *Dispositio referens intelligitur omnia includere, quæ in relato continentur.*
13 *Argumentum a contrario sensu, etiam locum uendicat in dispensationibus beneficiorum.*

Respon. interpreta.

C Ontulit Re. do. legatus capellaniam Antonio, olim minori x. annis, cum dispensatione super defectu ætatis, cum derogatione iuris patronatus clericalis, & cum derogatione fundationis, qua
cauetur dictam capellaniam non debere conferri, nisi idoneo
ad celebrandum. &c. Et cum hoc, ꝙ dictus Anto. teneatur per
idoneum presbiterum in diuinis deseruiri facere, iuxta fundationis continentiam vsque quo erit ætatis legitimæ: mandauitque dicto Anto. fructibus, redditibus, iuribus vniuersi plenariè
responderi: ad cuius capellę possessionem receptus fuit per capellanum. d. ecclesiæ, & cum hoc, ꝙ idem do. Anto. deseruiri faciat dictæ capellę iuxta continentiam suę prouisionis. ¶ Exinde subrogata est lis, & controuersia inter distributorem, ac capitulum ex vna, & d. Anton. ex altera, super distributionibus quotidianis, & anniuersariis, quas capitulum prætęndit nō
deberi do. An. Super qua differentia extitit compromissum in
Re do. electum Aptensem, & do. Guli. de Girandis canonicum
Vasionensem, qui tulerunt laudum, & sententiam, per quam
in effectu ordinarunt dicto Ant. esse respondendum de laudemus, & anniuersariis vna cum arreragiis tanquam viro beneficiato, & aggregato in ecclesia Insulana. Quæ sententia lata
fuit (vt prætenditur) non vocatis canonicis, nec citato capitulo, & die feriato ob festum diui Hiero. Nunc quæritur de duobus. Primo, an laudum sit inualidum? Secundo, an sit iniquum:
attento, ꝙ ex forma fundationis, & ex tenore statutorum, &
etiam creditur de iure, quod beneficiatus tenetur deseruire ecclesiæ, aliàs non debet percipere redditus eiusdem.

Qui veritas est, viam veritatis mihi manifestare dignetur.

¶ Videtur præmissum laudum valere non obstantibus quę in
præmissa facti narratione deducuntur. In primis non obsta. ꝙ
sit latum die feriata in honorem Dei. quia licet sententia iudicis lata tali tempore non valeat. l. fi. C. de sen. neque etiam sententia arbitri, ſm gl. in l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arb.
1 Sententia tamen † arbitratoris tenet, quia laudum arbitratoris
habet instar transactionis, quæ die feriato etiam in honorem
Dei fieri potest. l. non minorem. C. de transf. & in d. l. fi. in verbo,
transactiones loquantur. & ibi in specie no. Bald. illum text. ad
hoc. Et idem tenuit Spec. in titu. de arb. §. sequitur, ver. sed nunquid amicabilis compositor. & Bar. in l. si ferialis. ff. de arb. Bald.
in leg. fin. C. de contrahen. emp. & in cap. 1. de fer. Panor. in cap.
Quintaualls. in decima tertia differentia de iureiu. & ista est cō
munis Doc. sententia, ut per Lanf. de Oria. in materia de arb. car.
6. uer. 14. ¶ Non etiam obstare uidetur, dum dicitur non fuisse
citatos canonicos ad audiendum proferri laudum, quia licet
non ualeat sententia iudicis parte non citata peremptoriè ad
audiendum sententiam. c. consuluit. de of. de. l. properandum.
§. & si quidem C. de iud. & l. ad peremptorium. ff. e. neque ēt valet sentētia arbitri, l. diem proferre. §. si quis litigatorū. ff. de ar.
2 tū absq; citatione † perēptoria ad sñiam audiendū, valet sñia,
siue laudū arbitratoris, qui prius auditis partibus fuit informatus de negotio, ſm Bal. in l. fi. C. de ꝯh. emp. & Lanfra. de Oria.
in d. tractat. de arb. chart. 6. q. x. ¶ Sed altius consideranti mihi
ꝯtraria opi. uisa fuit verior rationib. subsequentib. Et primo quia
3 Ant. olim sine auct. tu. nō potuit cōpromittere, cū fuerit † pupillus. l. si pupillus ff. de arb. qđ est verum, ēt si compromissum
sit factū a pupillo in casib. in qbus aliàs iure quodā spāli haberet legitimā psonam standi in iudicio, rōq non pōt alienare
nō pōt compromitere. c. cū tpe. de arb. & dicā. j. licēt ergo pupillus possit in casu isto stare in iudicio, nō tū sequitur, ꝙ pōt
compromittere, & sic alienare, ita signanter determinat Ioā.
Bap. de Peru. in trac. de arb. li. 2. c. 19. Nec obst. si dicatur verum
esse, nisi sit pmissa pęna, & datus fideiussor de obtemperādo,
vt dr in d. l. si pupillus, quia illud, qđ ibi dicitur, pcedit quātum
ad effectum, ꝙ pęna possit exigi a fideiussore, non ꝙ valeat cōpromissum, neque laudū. ſm d. Ioan. Bapt. in loco præallegato.
Secundo rñdeo, ꝙ ille tex. loquitur in si. pupillo proximo pubertati, qui naturaliter obligatur, meritò pro tali obligatione
potest interuenire fideiussor. obligan. §. dicendum. ff. de fideius. Secus aūt est ī pupillo fideiussore pximo īfantiæ, q neq; ēt
naturaliter cōpromittēdo obligatur. l. 1. ff. de noua. quia qcqđ
videt ignorat. l. 1. C de. fal. mo. & ita tenet glo. in d. l. si pupillus.
In casu aūt nostro cū ſsupponat Antoniū esse in 8. aut. 9. anno, dicitur esse proximus infantiæ, ſm gl. in l. pupillū. in princi.
ff. de reg. iu. & Inst. de sti. §. sed quod diximus. declarat Bart. in
l. 1. ff. de noua. ubi vult, ꝙ diuiso tēpore, qđ superest ab infantia vsque ad pubertatem p medium, cognoscat an qs sit proxi-
4 mus pubertati, an infantiæ. ¶ Secundo beneficiatus † nō pōt
ad vitam suā alienare fructus beneficij. cle. 1. de reb. eccl. nō aliàs nisi necessitas, vel ecclesię vtilitas ita exigat, vt ibi dicitur. ergo ēt nō poterit super fructibus, seu redditus compromittere
qa regula ē approbata, ꝙ is q ñ pt alienare, ñ pt cōpromittere.
c. cū tpe. vbi Pan. no. de ar. tradit Dec. cō. 44. col. 2. & in specie,
ꝙ beneficiatus non possit super fructibus beneficij futuri cōpromittere, voluerunt Ant. Imo. & Pan. in d. c. cū tpe. Soc. in ꝯ-
5 si. statim allegando. ¶ Tertio sic probatur, distributor sine † cōsensu capituli nō pōt aliquem ad distributiones quotidianas,
& similia iura admittere. c. quanto c. pastoralis. de his, quæ f. sit
a præl. sine consensu cap. non ergo possunt compromittere.
consequentia patet ex his, quæ s. scripsi. nā qui non potest alienare, nō potest compromittere d. c. cum tempore. & maximè
compromittere de iure & de amicabili compositione in arbitratores, vt factum fuit, nam tale compromissum habet instar
transac. §. 1. in Auth. ut di. iud. in glo. c. exposita. de arb. vbi glo.
constat autem distributionem, & punctuatorem habentes
nudum officium distribuendi, & punctuandi sibi a capitulo
concessum non posse super distributionibus, & obuentionib.
ecclesiæ transigere sine consensu capituli c. de cętero. cap. veniens. de transa. ergo non etiā poterunt compromittere. Imò
dñs Prepositus plaatus d. ecclesiæ, solus sine consensu capituli,
non potuisset sup fructib. & obuentionib. ad ipsum, & capitulum simul spectantibus compromittere, ſm Spec. tit. de arb §.
restat ver. sed nunquid clericus. & Soc. in consil. 28. prosequendo ordinem. col. xij. lib. 1. minus ergo cōpromittere potuerunt
punctuator, & distributor. Et licet quidam canonici compromissum approbauerint, nihil refert postquā capitulariter non
consenserunt. ad hoc. n. vt consensus canonicorū noceat capitulo. oportet, ꝙ talis consensus sit prę̄stitus in cōi ſm gl. in l.
sicut. ff. quod cuiusq; vni no. & in c. cū oēs, vbi Abba. & alij, de
consti. Inn. in c. in Genesi & in c. auditis, de elec. Ex his apparet
cōpromissum fore nullius momēti, & ꝯñr (vt dictū est) laudū
6 super eo latū nō valere. l. Pedius. §. 1. ff. de arb. nā † arbitri, & arbitratoris potestas a compromisso dependet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arb. cum igitur partes non potuerint
dare potestatem arbitratoribus arbitrandi, concludit arbitramentum latum fuisse per non habentes potestatem, ergo &c.
¶ Circa scdm vr̄ dicēdum, ꝙ dicta sñia fuerit iuridica, & iusta,
quia licèt aliàs de laudemus, anniuersariis, & distributionibus
quotidianis nihil deberetur canonico, nec beneficiato non valenti propter ętatis defectum deseruire in diuinis, tū fallit nisi
sit cū eo plenissime dispensatum sup ætate, puta si id fuerit in
dispēsatione dictum, ꝙ p oīa habeatur pro maiori, ſm Panor.
in c. ex rōne. in si de æta. & quali. īmo glo. ibi vr̄ velle, ꝙ dispen-
7 satus sup ætate † ēt ad fructus, & distributiones quotidianas cēset dispēsat⁹. In pposito casu Re. D. Legatus dispēsauit spāliter
sup ætate quo ad fructus vniuersos, & redditus, & iura, de quibus voluit sibi plenarie rñderi. Ponderra verbum, vniuersos,
ergo ēt de laudemiis & anniuersariis, quia qui totum dicit, nihil excludit leg. a procuratore. C. mand. cap. solitæ. de maio. &
obe. Ponderandū est ēt verbū, plenariè de omnibus sibi rñderi. c. ꝗquam. in verbo, plenariè restituat. de cēs. lib. 6. faciūt q̄ ad
propositum Fel. in c. conquestus. de fo. compe. ¶ Verum mi hi
medullitus cōsideranti tam iuris regulas, q̄ mētē fundatoris, ac
ēt Reu. do. Legati ꝯtrū verius visum fuit. Primo de iure cōmu-
8 ni distributiones † quotidianæ, quæ beneficia manualia dñr,
debentur solum interessentibus in diuinis deseruientibus. ca.
licet. de pręb. adeo, ꝙ contraria consuetudo non valet. ca. vni.
de cleric. non residend. libro. vj. similiter anniuersariorum, &
mortuariorum emolumēta solum deseruientibus præstanda
sunt. d. c. vnico. §. fi. cum igit Anto olim per se, nec p aliū deseruierit, non video cām quare sibi de hmōi mortuariis. & distributionibus, distributor teneat rñdere. Secūdo ex pcepto fundatoris tenetur deseruire psonaliter, & interesse omnibus horis canonicis, & missam celebrare, & aquā bñdictā sup tumulo ipsius fundatoris deuota mēte spargere, & in casu ꝯtrio ordinauit alium idoneum psentari debere, & ꝯñr voluit nō deseruiētē, ipso iure bñficio esse priuatū, nā si vult aliū psūtari, in necessariū aūcedēs vult bñficiū d iure vacare, qa nō pt psūtari ad
bñficiū, nisi vacet saltē de iure, vt vult Gemi. p illū text. in ca. licet eps. de pb. li. 6. & Ro. dec. 365. de iure pa. Lu. Ro. cōsi. 465. in
9 re psūti. potuit. n. testator ordinariè, † ꝙ nō deseruiens capellæ
suæ patronatę in diuinis sit ipso iure priuatus, maximè accedēte consensu Episcopi. c. significatum. vbi Abb. de præb. qui cōsensus Episcopi presumitur interuenisse saltem ex diuturnitate temporis ſm Arch. in c. nemo. de. consecra. dist. 1. Romana.
consi. 477. in casu ppositæ consultationis. Fely. in c. de quarta. col. 4. de præscrip. Pan. in c. de cura de iure patrona. ¶ Tertiò, ex statutis, & consuetudine ecclesiæ tenetur beneficiatus
interesse, & deseruire in diuinis; alias priuat distributionibus
quotidianis & anniuersariis, pro rata temporis, quo cessauerit a seruitio. quę statuta cū sint rōnabilia, & canonis non obuiēt institutis, proculdubio obseruanda sunt. c. cū oēs. de cōst.
c. cū aliqbus. de rescr. lib. 6. c. cōstitutū. de verb. sig. eo. libr. cum
igitur

igitur secundum iuris regulas, secundum statuta ecclesiæ, ſm
voluntatem fundatoris non debeantur distributiones ei, qui
10 non seruit, non possum approbare † laudum dominorum ar-
bitrorum, qui hanc capituli, & distributoris exceptionem nõ
11 admiserunt. Quarto, non adimplenti † non est adimplendum,
l. cum proponas. C. de pac. hic autem Antonius fuit receptus
cum hoc, quòd seruiret per alium in diuinis. Item cum hoc, ꝙ
solueret capam iuxta formam statuti: quare cum non adim-
pleuerit pro parte sua, rationabiliter denegantur sibi ecclesiæ
prouentus. & si dicatur statutum non valere tanquam indu-
cens simoniam, c. de simoniam, c. Iacobus. de simo. respondeo
verum, si solutio capæ cederet ad commodum burſale cano-
nicorum, & beneficiorum, secus si cedit ad ornamentum diui
ni cultus, vt in casu nostro. c. significasti. de ele. c. significatum.
de preben. & ita declarat Panor. in dicto c. Iacobus. quare cum
istud statutum valeat, dico esse casum ad literã, a contrario sen
su, in dicto ca. Iacobus quod capitulum potest retinere obuen
tiones, & distributiones non soluenti capam iuxta seriem sta-
tuti. Nec Antonio suffragatur dispensatio do. legati, quia fa-
cta fuit sub conditione, si per alium idoneum deseruierit vsq;
quo peruenerit ad legitimam ætatem. Potuit enim collatio, &
dispensatio fieri sub tali conditione. cap. relatum. de cleri. non
resi. per quem ita determinat Gemi. consil. 84 incip. quia istud
dubium. collu. ij. quare cum hactenus non deseruiret per ido-
neum vicarium, & sic defecerit conditio, videtur, quod non
solum obuentiones, & distributiones possint denegari, qui-
nimmo quod a beneficio possit amoueri, vt dicitur in d. c. rela-
tum. accedat quod Re. do. Lega. non solum voluit, quòd per
idoneum vicarium deseruiat in diuinis, sed vnum plus voluit,
quòd deseruiat continentiam fundationis, & consequenter,
quod nisi deseruiat per alium, ꝙ sit ipso iure priuatus benefi-
cio, quia ex serie fundationis non deseruiens illico, ipso facto
priuatur, vt s̃. probaui. Nam cum Re. do. Legatus se referat ad
fundationem, perinde est ac si specificaret omnia, & singula,
quę in ipsa fundatione disponuntur, secundum Bald. in l. si de-
fensor. §. qui interrogatus. per illum tex. ff. de interro. acti. quia
12 dispositio† referens intelligitur omnia includere, quę in rela-
to continentur. l. qui sic. ff. de ver. oblig. Tanta enim debet esse
obligatio in termino referente, quanta est in termino relato,
secundum Bald & Ang. in l. si prior. per illum text. ff. sol. matr.
vel dato, ꝙ do. legatus dispensauerit, ꝙ possit omnes redditus
& prouentus consequi deseruiendo per alium idoneum, non
tamen dispensauit, ꝙ non deseruiendo per alium possit prædi
ctas distributiones, & obuentiones obtinere. Immo contrario
sensu Re. do. Legatus voluit, ꝙ nisi deseruiat per alium ido-
neum, ꝙ nihil habeat. ꝙ argumentum a contrario sensu est
validissimum. l. j. §. huius rei. ff. de off. eius. & etiam habet locum
13 † in dispensatione ad beneficia, & in quibuscunque literis gra-
tiosis, & priuilegiis, secundum glo. in ca. licet. de priuileg. lib. vj.
Ex hoc apparet, ꝙ est fragile fundamentum, si dicatur, quod
hic puer vult deseruire per ipsum, tñ quia non est idoneus, iux
ta tradita in c. super ordinata, de præben. & in c. ex eo. de elect.
libr. vj. Ideo Re. do. Legatus ita demum voluit de fructibus sibi
responderi, si per alium idoneum, iuxta continentiam funda-
tionis, deseruiuerit in diuinis, vt s̃. aliunde ostensum fuit.

Respon. acutissimi I. V. D. Ioan. Franc. Ripen. a sancto Nazario, explicit Lib. j.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE
A SANCTO NAZARIO,
IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Decretalium librum Secundum abſolutiſsima Reſponſa :

Nunc poſtremò maiori, quàm hactenus vnquam factum ſit, diligentia recognita, & repurgata.

De reſtit. ſpo & remed. Cano. rein tegranda.

RESPON. I.

CVm Gaucherius bonę fidei, iuſtique tituli ſit poſſeſſor, Quintella verò malę fidei exiſtat, certetq; de expreſſo dolo, & lucro captando in præiudicium dicti Gaucherij, certè ex aduerſo nihil proponi poteſt, cur ipſe Gaucherius à petitis dictæ Quintellæ non ſit abſoluendus, nec remedium reintegrandæ malæfidei poſſeſſori contra iuſto titulo, bonaque fide poſſidentem ex communi ſententia cõpetit.

SVMMARIVM.

2 *Remedium canonis reintegranda, non competit malæ fidei poſſeßori.*
2 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & quomodo procedat in donatione.*
3 *Nemo ſe iuuare poteſt ex eo, quod nititur impugnare.*
4 *Iuramentum habet vim clauſula, rato manente pacto.*
5 *Non obſeruans contractum iuratum, ipſo iure cadit a cõmodo contractus.*
4 *Donatio rei alienæ quomodo, & quando valeat.*
7 *Remedium cano. reintegranda, non datur contra poſſidentem cum titu. & bona fide.*
8 *Iudex in iudicando non habet recedere a communi opinione Doctorum, alias facit litem ſuam.*
9 *Exceptio doli, & fraudis, quando obſtet agenti recuperanda.*

Reſpon. interpreta.

ti bono. sublat. lib. 10. ibi, quoniam plerunque inuerecũda pe-
tentium inhiatione constringimur, ut non cõcedenda tribua
mus. & c. cum in iuuentute. de purg. cano. facit text. in c. si qn.
de reicri. & ibi gl. no. ꝙ ea, quæ per nimiam solicitudinẽ extor-
quentur, nõ sunt admittenda, allegat tex. in l. si priuatus. ibi, ac
clamatione populi. ff. qui, & a quib. ma. libe. non fi. tex. in c. vnus
quisque simplicem sermonẽ proferat, 22. q. 4. Sic ergo operarij
simpliciter debent petere eleemosinam pro fabrica, non autẽ
importunare uolentes offerre, ut sibi offerant, neque alia uer-
ba callida & astuta intermiscere, alioquin eorum sermo non
erit simplex. l. iubemus ibi, nihil huiusmodi adiectum sit, sed
simpliciter, C. de appel. l. fi. ubi Barto. C. de dot. promis. ca. fin. de
testa. lib 6. & ad propositum benè facit, quod decidit Ias. in l. 1.
§. si uir uxori. colum. fi. ff. de acqui. poss. post Bald. in d. l. 1. ubi de
cidit, ꝙ donatio facta uxori, quæ assiduè uirum infestabat, ut
sibi donaret, non confirmatur morte, quia donata ex frequen
ti petitione, non creduntur spontè data, sed ex molestia, & im
portunitate uxoris. Faciunt etiam, quæ tradit Fel. in c. quæ in
ecclesiarum. col. 19. de constit. Ex quibus apparet, appellatio-
nem dñi Prioris ab electione dictorum operariorum admittẽ-
dam, recipiendamque esse. Laus Deo.

Respon. acutisſimi I. V. D. Ioan. Franc. Ripen. sancto nazario, explicit Lib. iij.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Decretalium Librum quartum absolutissima Responsa.

Nunc postremò maiori, quàm hactenus vnquam factum sit, diligentia recognita, & repurgata.

De sponsalibus.

RESPONSVM PRIMVM.

LIcèt Beneficia per contractum matrimonium
ipso iure uacent, per sponsalia tamen con
tracta nullo iure uacare constat: nam prædicto-
rũ diuersa est ratio, minusq; dicta de futuro spon
salia per osculũ, munera, & nexum copulæ tran-
seunt in matrimonium, nisi copula subsequatur,
& eo casu beneficia uacare neminem latet. Nec Pontifex ex po-
testate ordinaria solet literas ad beneficia uacatura impartiri, li-
cèt de potestate absoluta omnia possit, cum sit supra ius.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens matrimonium, ipso iure beneficiis priuatur.*
2 *Per sponsalia de futuro beneficia nullo modo uacant.*
3 *Sponsalia de futuro non transeunt in matrimoniũ, nisi secuta carnali copula.*
4 *Papa non solet dare literas ad beneficia uacatura de potestate ordinaria, & ibi uide quid de absoluta.*

Respon. interpreta.

DE tribus Effectualiter quæritur consilium. Pri-
mò, an per sponsalia de futuro uacent
beneficia? Secundò, an sponsalia de futuro per oscula,
munera & nexum copulæ, trãseant in matrimonium,
ita q̃ beneficia ex tunc uacare censeantur? Ternò, posito q̃ non
uacent, an Papa possit dare literas gratiosas ad beneficia, cõtra-
henti sponsalia sub conditione, si uacabunt per subsequens ma-
trimonium? ¶ Circa primum, uideretur prima facie, q̃ per spon-
salia de futuro uacent beneficia ipso iure, nam per contractum
1 matrimonij uacant. & cõtrahens † matrimonium est ipso iure pri-
uatus. c. quoda te. c. diuersis fallacijs. de cler. coniuga. ergo idem
dicendum in contrahente sponsalia, quia prohibito matrimo-
nio, censentur prohibita. l. oratio. ff. de spons. & idem iudicãdum
est de principio principiante, q̃ de ipso principato. l. maritus. C.
de procu. vbi no. Pau. de Cast. & Moder. & idem iudicandum de
præparatorijs, quod de præparato. l. ordinarij. C. de rei uendi. &
traditur plenè per Mod. in tub. extra de iud. ¶ Præmissis nõ ob-
stantib. contrarium, q̃ non uacent, tenent cõiter Doct. ut attesta
tur Pan. in c. j. de cler. coniuga. & Rota. decis. 16. in tit. de rescrip.
in no. & Franc. Pau. in trac. de sede uacan. in ult. præmisso. uer. 3.
per contractum. Ratio est, quia per sponsalia non alligant̃ spon
si contrahere matrimonium, sed possunt mutuo consensu disce
dere a sponsalib. c. 2. de spons. sicut autem acceptans s̃m benefi-
cium non priuatur primo, nisi plenè consecutus fuerit s̃m, c. cũ
2 in cunctis. de elect. ita per sponsalia de futuro † non priuabitur
sponsus, quia non dr̃ plenè translatus de matrimonio spirituali
ad carnale. requiritur enim ad hoc, vt uacent beneficia promoti
ad ep̃atum, q̃ ep̃s sit cõsecratus, & plenè translatus. c. si quis iam
translatus, 20. q. 2. & ideo ante consecrationem, & adeptã pos-
sessionem non possent alteri sua beneficia cõferri. c. post electio
nem. de concel. præb. cõfirmatur, quia beneficia ingressi religio-
nem ante professionem expressam, uel tacitam, non uacant per
simplicem ingressum, quia infra annum potest liberè exire, nec
vr̃ ante professionem plenè translatus ad religionem. c. benefi-
cium. de reg. lib. 6. & ibi expressè dr̃, q̃ ante lapsum anni non de-
beant beneficia sua alteri conferri. sic ergo per sponsalia nõ ua-
cabunt, quia non ur̃ plenè ad matrimonium translatus, cũ pos-
sit dari casus, per quem nõ sequetur matrimonium, d. c. 2. & ista
est ipsa ueritas. ¶ Circa s̃m rñdeo, q̃ sponsalia de futuro p̃ oscu-
la, munera, & nexum copulæ, non transeunt in matrimonium,
3 nisi sequatur † copula carnalis. c. si. de spons. c. j. de matri. contrac.
cont. interdic. eccl. Imò si sponsus de futuro traduxerit sponsam
ad domum, dummodò eam perfectè non cognoscat. i. nõ sequa-
tur sanguinis commixtio, non transeunt adhuc sponsalia de fu-
turo in matrimoniũ, s̃m Pan. Car. & cõiter Doc. in d. c. si. ex quo se
quitur, q̃ etiam non vacabunt beneficia, nisi contrahatur ma-
trimonium per uerba de præsenti, uel interueniat copula. ¶ Ad
tertium, si quæratur de potestate absoluta, non negabo Papam
posse, quia in beneficialibus Papa est supra ius, cap. proposuit. de
concel. præb. & habet omnia beneficia sibi manualia, cle. j. ut li-
te pend. Si quæratur de potestate ordinaria, dico q̃ Papa non so
4 let † dare literas ad beneficia ad uacatura, c. j. de concel. præben.
lib. 6. nam de consuetudine ratione curiæ beneficia electi, &
& consecrati, ante adeptam possessionem episcopatus cõferun-
tur, licèt electus non sit plene translatus, s̃m glos. in d. clem. j. in
uer. collato. & Roma. cons. 235. Quo ad primum, non credo ta-
men q̃ de consuetudine curiæ conferantur beneficia sponsi de
futuro ante contractum matrimonium, quia ut supra dixi spon
sus potest discedere a sponsalibus, non sic episcopus cõsecratus,
quia ordo, & caracter iam impressus, ab eo auelli non potest, c. j.
& per totum, de sacra. non reiteran. & si daret, non est dubium,
quod ea poterit reuocare. l. eius est nolle. ff. de reg. iu. nam &̃ si-
ne causa potest (si uelit) auferre beneficium ei, cui iam erat ple-
num ius in beneficio acquisitum, s̃m Ant. de But. in c. constitu-
tus, de relig. dom. & etiam priuilegia p̃ ipsum cõcessa põt, quan-
do vult, reuocare. c. ueniens. de præscrip. unde esto, q̃ daret lite-
ras, remedium erit, q̃ illi quibus uoluerit sponsus resignare, ob-
tineant prouisionem a Papa cum derogationibus, & reuocatio
nibus quarumcumque concessionum in forma amplissima. pos
sem præmissa alijs iuribus, rationibus, auctoritatibus compro-
bare, sed quia omnia clarè procedunt, non implebo folia, ubi
non est opus. Laus Deo.

RESPONSVM II.

LIcèt Ex ijs uerbis, promitto non accipere aliam in vxo
rem, nisi ipsam Ioannam, matrimonium contra-
ctum dici non possit: quia uerba in futurum concepta
sunt, minusq; spõsalia ex ui dictionis nisi, nec utrunque
ex ui protestationis factę per ipsam Ioannam contractum videa
tur, ex qua protestatione actus sequentes declarantur. Nihilo-
minus secundum ea, quæ proponuntur, non sine peccato Alex.
prædictam Ioannam dotatam famosamq; eius vxorem, & ita ab
eo appellatam, & cum qua diu cohabitauit, & ex qua liberos su-
scepit, nullo iure recusare potest.

SVMMARIVM.

1 *Verba menti deseruiunt, & non intentio uerbis, quare de uerbis non curatur, si de mente constet.*
2 *Instrumentum dotis separatum a contractu matrimonij, matrimoniũ probat.*
3 *Est in electione deflorantis uirginem, aut eam capere, aut dotare, uel pœnam corporalem subire de iure canonico: sed de iure ciuili relegatur, & dimidia bonorum suorum confiscatur.*
4 *Duo testes etiam fœminæ sufficiunt ad probandum matrimonium.*
5 *Mutua confessio coniugum pro matrimonio facta, matrimonium probat.*
6 *Sponsalia de futuro secuta copula, transeunt in matrimonium præsumptum, contra quam præsumptionem non admittitur probatio.*
7 *Nominatio, cohabitatio, & fama, iuncta cum constitutione dotis, plenè probant matrimonium.*

Respon. interpreta.

IN causa Matrimoniali nobilis dominæ Ioannæ Bo-
næ, adeò copiosè, & subtiliter scripsit exi-
mius Doctor do. Petrus Alberti, ut uix quicquàm addi pos-
se uideatur: qui tamen exoratus fui, ut iuridicam prædicti
d. Alberti consultationem comprobarem, hæc pauca uolui pro
eius desiderio, non pro rei exigentia, subiungere. Solum in præ-
senti causa dubitationem facere uidentur uerba illa negatiuè
concepta, promitto non accipere aliam in uxorem, nisi ipsam
Ioannam non enim per hæc uerba potest dici contractum ma-
trimonium, quia de futuro, nec etiam uidentur contracta spon-
salia, quia dictio illa, nisi ipsam, isto casu habitum tantum pone-
re uidetur, & nõ actum: dictio enim, nisi, adiecta dispositioni ne-
gatiuæ illud tantum ponit, quod præcedens dispositio negabat,
l. actione. C. de transactio. c. cum accessisset, de constitutio. ue-
rũ in casu isto præcedens dispositio negabat habitũ, & potentiã
solùm, non actum, ergo dictio, nisi, sequens, ponit potentiam

& habitum tñ, non autem actum, & sic sensus erit, ꝙ ipse Alex.
possit, si uelit, ipsam Ioannam desponsare, & non possit aliam.
Aliud etiam uidetur dubitationẽ augere, quia d. Ioanna nõ erat
præsens, qñ fuerunt prolata suprascripta uerba, & ideo licèt ex
post per signa exteriora ipsa d. Ioanna uideatur consensisse, tñ
consensus alterius ex interuallo subsequens uitiat ɔ̃ctum matri
monij, sicut etiam uitiat stipſonem. l. j. §. qui præsens. ff. de verbo.
obli. Ita determinat Archi. in c. sufficit. 27. q. 2. & tantò magis
in casu isto, quia protestatio præcedens declarat, quomodo ge-
rantur actus subsequentes. l. Nesennius. ff. de neg. gest. l. qui in
aliena. §. fi. ff. de acqui. hæred. sicut ergo prius d. Ioanna protesta
ta fuit amorosè, & nõ animo contrahendi matrimonium, Ale-
xand. sui copiam fecisse, hinc cętera ex post amorosè facta præsu
muntur. benè facit quod consuluit Gem. consi. 61. incip. super
præmisso dubio, ubi in terminis decidit, ꝙ si præcessit protesta-
tio, per quam uir dicat, tu eris amasia mea, si postea dicat eidem
consentienti, poteris ita re bene hr̃e, ꝙ ego solennizarem matri-
monium in faciem ecclesiæ. per talia uerba non etiam sponsa-
lia contracta intelliguntur, nec matrimonium secuta copula.
sed iis, & similibus non obstantibus, quod s̃. pro ueritate per
prædictum clari. d. Petrum conclusum fuit, uerius existimo ex
fundamentis, & rationibus per eum ornatè recitatis, & ex in-
strumentis. Primo, quia illa uerba, promitto nõ hr̃e aliam in vxo
rem, nisi Ioannam, licèt sint de futuro, tñ ubi ex cõiecturis po-
test apparere ꝙ uolebat contrahere de præsenti, inducitur ma-
trimonium, s̃m Car. Flo. in c. ex literis. & in c. ex parte. de spons.
quia ineptitudo uerborum non uitiat consensum, c. tua nos. eo.
1 ti. uerba † .n. deseruiunt intentioni, & non intentio uerbis. c. se-
cundò requiris. de appella. l. cum uirum. ff. de fideicom. & uerba
subsunt consensui tanquam suo originali, dixit Bal. in c. manda-
tum. de rescr. In proposito casu non una, sed plures subsunt con-
iecturæ, ex quibus apparet ꝙ Alex. volebat contrahere de præ-
senti. Prima coniectura est, quia inter ipsum Alex. & partem di-
ctæ Ioannæ prius agebatur de contrahendo matrimonio, vt di-
cunt duo religiosi, & duo laici, & ista sola est sufficiens ad decla-
randum illa uerba ambigua. ita Spec. in tit. de sponsa. in prin. ver.
quid si ita dixero, quem sequuntur Mod. in d. l. actione. Secunda
coniectura est, quia in probatione, & scriptura taliũ uerborum
fuit constituta & ꝓmissa dos, quæ non potest esse sine matrimo
nio. l. fi. C. de don. ante nup. l. 3. ff. de iu. do. hinc est, ꝙ per instru-
mentum dotis quò ad ipsas partes, probatur matrimonium, ut
est tex. singularis in §. illud. in Auth. ut ita tuni filij, col. 9. quem
singularem adhoc appellat Bal. in authen. si quis in aliquo. C. de
eden. Bal. consi. 195. in 3. par. Inno. in c. illud. de præsump. si ergo
2 instrumentum † dotis probat matrimonium, quando est confe
ctum, separatum a cõtractu matrimonij, fortius probabit, si dos
fuerit constituta in ipso contractu, ut clarè dicit Card. in d. c. il-
lud. Tertia coniectura, quia incontinenti in eademmet cedula
Alex. appellat, & nominat eam uxorem suam, unde ex sequenti-
bus declarantur præcedentia. l. seruum filij. §. fi. ff. de leg. j. cũ alijs
allegatis per Mod. in l. talis scriptura. eo. tit. Quarta coniectura,
quia in cedula ipsa matrimoniali in est pactum, per quod pater
d. Ioannæ obligatur retinere ipsam Ioannam in domo sua vsque
ad beneplacitum ipsius Alex. ex quo pacto, arguendo a contra-
rio sensu, quod argumentum ualet etiam in contractibus. l. in-
ter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. qui tex. loquitur in pacto
inter socerum, & generum, ut nos loquimur, ergo colligitur, ꝙ
dictus d. Franc. pater dictæ Ioannæ sit obligatus tradere dictam
Ioannam ipsi Alex. uolenti eam traducere. illud autem pactum
implicitum necessariò præsupponit verba illa, promitto nõ ac-
cipere illam in uxorem, nisi Ioannam, importare matrimonium
de præsenti, quia si vult unum, vr̃ uelle omne necessarium ante-
cedens, l. illud. ff. de acq. hær. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. de causis. de
offi. de leg. facit l. oratio. ff. de spons. non enim potest alius obliga
te patrem ad tenendum sibi filiam suam, nisi maritus. c. ex trans-
missa. de rest. spol. & c. literas. eo. tit. & nulli alteri cõceditur ven-
dicare filiam, nisi marito. l. j. §. per hãc. & ibi legistæ. ff. de rei ven-
di. no. in d. c. illud. de præsump. per illum tex. Quinta coniectura
colligitur ex copula præcedenti, propter quã copulã ipse Alex.
3 tenebatur eam in uxorẽ † capere, cum esset (vt præsupponitur)
uirgo, aut dotare, aut pœnam corporalem subire. & in electio-
ne ipsius est de iure can. c. 2. ubi Abb. & alij, de adul. de iure ci. de
buit relegari, & eius bona confiscari pro dimidia. Inst. de pub. iu.
§. 3. & §. si uerò. Vnde cum esset in electione ipsius Alex. uel do
tare, uel eam sibi in uxorẽ eligere, dico, ꝙ ex verbis infinitiui tem
poris, ut sunt ista promitto non ducere aliam, nisi ipsam, videtur
elegisse eam in uxorem, & ex electione ipsa inductum fuit ma-
trimonium de præsenti. ita in materia electionis probat tex. in l.
apud Aufidium, ff. de opt. leg. ubi si legatarius habens ius eligen
di vnam ex pluribus rebus legatis, dicat promitto, uel uolo acci
pere istam. ex hoc statim consummata est electio, & tunc illa res
electa efficitur sua, ergo idem in casu isto. benè facit doc. Bart. in
l. serui electione, in prin. ff. de leg. j. cum ibi copiosè adductis per
Mod. Si enim Alex. interrogatus a iudice dixisset, promitto non
accipere aliam, nisi eam, uideretur elegisse eã traducere, & non
dotare: sic idem si interrogetur a patre, idem respondit, nã tunc
verbum nisi, non põt ponere potentiam tãtum, quia tenebatur
alterum præcisè facere, d. c. 2. de adul. & ꝙ ista fuerit intẽtio par
tium, constat ex dictis illorum duorũ religiosorum qui subscri-
pserunt se in dicta cedula, & qui apertè deponunt, ꝙ Alex. tem-
pore dictæ cedulæ, dixit, & cõfessus fuit, ꝙ d. Ioan. erat eius vxor,
& ꝙ eam pro sua uxore tenebat. istis enim duob. viris, maximè
religiosis, plenè creditur. c. consultationi. de spons. & ꝙ credatur
testibus, qui se subscripserunt, qñ deponunt perfectè de conten
tis in apocha, firmat Bar. in auth. & si ɔ̃ctus. C. de fide instr. Pan.
in c. 2. eo. tit. Mod. pręclarè in l. admonẽdi, de iure iur. & hoc quo
ad cedulam, uerum ẽt ex solis testibus ur̃ concludenter proba-
4 tum matrimonium, ꝓ cuius dilucidatione præmitto ꝙ duo † te-
stes, etiam fęminæ, sufficiant ad probandum matrimoniũ. c. su-
per eo, el ij. de testi. si modò discutiantur dicta testiũ diligenter,
inuenietur ꝓbatum matrimonium nõ solum a duob. verum ẽt
a plurib. & non uno medio, sed diuersis. Primò, ex cõfessione ip-
psius Alex. de qua ponit Franc. Melini primus testis. & Lud. Bri
to. & confessione ipsius Ioannæ de qua cõstat ex dictis plurium
5 quæ ɔfessio † ꝓbat, qñ agitur de matrimonio, s̃m gl. Pan. & alios,
in c. super eo. de eo, qui cog. consan. vx. suæ. & est tex. in c. x. & ibi
no. Pan. de cland. de spons. Host. in Summa de matri. col. 2. §. &
qualiter. ver. sed si ambo. Ro. singu. 614. inc. Tu audiuisti. tex. in l.
fi. C. de trans. Secundò nec ob. ꝙ sit facta absente parte, quia q̃c-
quid sit de iure ciuili, de æquitate canonica non requiritur par-
tis præsentia, s̃m Ant. Car. Imo. & Mod. in c. si cautio. de fi. instr.
& ista opi. est cõis. ita Dec. loquens in causa matrimoniali. consi.
163. col. 2. in prin. Præterea ista confessio fuit reiterata præsente
dicta d. Ioanna & acceptante, vt attestantur Ioãna, testis nonus
& Lud. decimus testis. Scdo constat matrimonio ex dicto prædi
ctæ Ioannæ testis, & Ludouici, qui contestes clarissimè deponũt
Alex. & dictam d. Ioannã in eorum præsentia per uerba de præ-
senti dicendo. Ego do tibi meum corpus in signum matrimonij,
& tangendo sibi manum inuicẽ contraxerũt matrimoniũ, per
quæ verba cum consensum demonstrent matrimoniũ, legitimè
contractũ fuit. c. si inter uirum. de spon. Tertiò, posito ꝙ per uer
ba, de quibus in cedula, nec per aliqua alia nõ esset ɔ̃ctũ matri-
monium de præsenti, tñ negari non põt quin per talia uerba, de
quibus in cedula, non sint ɔ̃cta sponsalia de futuro, quæ secuta
6 † copula transiuerunt in matrimonium præsumptũ tali pręsum
ptione, ɔ̃ quam nõ admittitur probatio in ɔ̃rium, c. is, qui fidem.
de spons. & hoc latius deductum fuit per prædictum d. consulen
tem. Et eo maximè, quia ultra sponsalia, & copulam constat de
cohabitatione, de constitutione dotis de nominatione, de oscu-
lo, de procreatione liberorum, de confessione partium, de trã-
smissione munerum, de tractatu matrimoniali, de fama, quæ li-
cèt singula non probent, unita tñ probant, ut s̃. dixi, ut est casus
7 in d. c. illud, de præsump. ubi ex nominatione, † cohabitatione, &
fama (maximè si appareat de constitutione dotis) dr̃ concluden
ter probatum matrimonium, & quanquam in hoc casu ista co-
habitatio non fuerit decennalis, tñ concurrunt talia plura indi-
cia, quæ operantur tñ quantum cohabitatio diuturna. Non. n.
diuturnitas cohabitationis est necessaria, ubi alia indicia suffi-
cienter cõcurrunt, ut ɔcludit ibi Car. & Ant. ¶ Ex præmissis re-
manent resoluta s̃. in oppositum deducta: & specialiter respon-
dendo ad primum, dũ dr̃ ꝙ verba illa sunt de futuro, & ɔ̃ñr non
inducunt matrimonium de præsenti. Ego respondendo verum
esse, nisi aliter appareat de mente partium, de qua apparet in ca-
su isto, ut patet ex s̃. allegatis. nec refragatur, ꝙ d. Ioanna esset ab
sens, & consenserit ex interuallo, quia cõis opi. est ɔ̃. Arch. ꝙ ma-
trimonium ualeat, dato ꝙ consensus alterius subsequatur ex in-
teruallo, secundum Host. Io. And. & alios, in c. dilectus. de spons.
Host. & Car. in c. ex literis. el 2. eo. tit. Præterea, ut dr̃, pater dictæ
Ioannæ habebat mandatũ speciale ad hoc: certum aũt est ꝙ per
procuratorẽ, immò per nunciũ, matrimoniũ ɔ̃hi posset, c. fin. de
proc. lib. 6. Pan. in c. ex parte, el 2. de conuer. coniug. non obstat
dum dr̃, ꝙ uerba illa ponunt tantum potentiam, & sic nõ indu-
cũt spõsalia de futuro, quia in ɔ̃rium est cõmunis opinio, vt per
Pan. & alios, in d. c. ex literis. & si rectè considerentur prima uer
ba negatiua, abnegant actum iuris, licèt non actum facti, ergo di
ctio, nisi, subsequens ponit potentiam, & actum iuris. Non ob. ꝙ
protestatio præcedens declarat, quo animo gerantur actus sub-
sequentes, qa uerum in dubio, secus si clarè constet de ɔ̃ria uo-
luntate, prout constat manifestè in casu isto. Tertiò rñdetur, ꝙ
remota etiam cedula, dr̃ ex testib. cõstare de uerò matrimonio,
vt s̃. demonstraui. Ex quib. omnib. concludendum restat, d. Alex.
non posse sine peccato recusare eam famulam uxorem attento
maximè (ut præmissum est) quòd liberos suscepit. Laus Deo.

RESPONSVM III.

CVm Regulariter duo testes sufficiant ad proban-
dum quodcunque negotium, ideo uidebatur
prima fronte benè iudicatum, & ritè ac rectè delatum
iuramentum suppletorium fuisse Ioanni Paulo, qui
matri-

matrimonium contractum in forma per verba præſentia inter
eum,& Gaſpardam Chabertæ,per duos teſtes probauit,etiã da-
to q᷑ unus teſtis integer non eſſet, dummodo alter omni exce-
ptione careat. Verumtamen quoniam ſ'm ea,quæ proponũtur,
teſtes pro parte Ioannis producti nõ ſunt omni exceptione ma-
iores,prout in matrimonio requiritur,ſed uarij, & cõtrarij ſunt,
ac unus eſt amicus amicitia inordinata, ideo nullam penitus fi-
dem faciunt. Quid,q᷑ etſi dictum matrimonium ſemiplenè pro-
baretur, nullo tamen iure iuramentum ſuppletorium eidẽ Ioan
ni per iudicem erat deferendum, quia iuramentum huiuſmodi
deferri non debet,niſi probo uiro , & cui nihil opponi poſſit,&
maximè deferendum non eſt uериſimiliter deieraturo. Sed Ioan
nem ob inteſtinum amorem,quo dictam Gaſpardam proſequi-
tur non deieraturum quis affirmabit? aut ſaltem non preſumat?
cum amantes amentes eſſe facilè cõſtet. Quare malè iudicatum
per iudicem a quo,& bene per Clementem a delatione prædicti
iuramenti appellatum eſſe reſpondi.

S V M M A R I V M.

1 *Regulariter duo teſtes ſufficiunt ad probandũ quodcunque negotium. & quid in cauſa matrimoniali uide nu. 4.*
2 *An iuramentum ſuppletiuum parti ueniat deferendum, & quomodo procedat. & uide nu. 18.*
3 *An in cauſa matrimoniali liceat deferre iuramentum ſuppletorium? & uide quomodo procedat. nu. 15.*
5 *Amicitia inordinata repellit teſtem a teſtimonio.*
6 *Teſtis habens affectionem ad cauſam, generaliter repellitur.*
7 *Teſtes ratione conuerſationis, & familiaritatis, repellitur a teſtimonio.*
8 *Teſtis ratione paupertatis redditur ſuſpectus adeo, quòd non eſt omni exceptione maior.*
9 *Teſtis contrarius non admittitur. & uide nu. 12.*
10 *Teſtis uilis, exercens artem uiliſſimam, non admittitur.*
11 *Minor uiginti annis repellitur a teſtimonio in criminalibus.*
13 *Teſtes contrarij reducuntur ad concordiam, non ut probent, ſed ut excuſentur a periurio.*
14 *Teſtes utentes eiſdem uerbis, eodemque ſermone, ſubornati præſumuntur.*
16 *An ualeat argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale.*
17 *Deciſio Panor. & ſequatium in c. mulieri, quomodo procedat.*
Geminianus fuit maximus Canoniſta.

Qui ueritas eſt, me dirigat in uiam ueritatis:

Reſpon. interpreta.

VIſis Sentẽtia,& atteſtationib. productis in cau-
ſa matrimoniali,quæ uertitur inter Ioãnem
Pauli actorem ex una, & Clemẽtem de Puteo,&
Gaſpardam Chabertæ reos ex altera. Prima cõſi-
deratione uidebatur mihi bene iudicatum,quia
duob. teſtib. probatur matrimonium prius fuiſſe
contractum inter ipſum Ioannẽ & Gaſpardam. Regulariter .n.
1 duo † teſtes ſufficiunt ad probandũ quodcũq; negotiũ.c. in om-
ni negotio. de teſtib. l. vbi numerus. ff. eo. & ad ꝓbãdũ matrimo-
nium.c. ſuper eo. el ij. extra eo. tit. Duo. n. teſtes, uidelicet Grego-
rius Martini,& Honoratus Baioli, deponunt qualiter itinere pu
blico Apres de celuy ſainct Piere de piere, dictus Ioannes dixit
ipſis duob. teſtibus, Vous autres me ſerez teſmoingz comment
Gaſparde me donne ſon corps. Ne fais tu pas Gaſparde? La quel
le reſpondit, ouy bien. Et idem Ioannes reſpondit, & ie le recois.
Et poſtea ipſe Ioannes dixit. Et ie te donne mon corps , en no de
mariage,& ipſa Gaſparda reſpondit,& ie le recois. Et tunc ſe in-
uicem oſculati ſunt,&c. Per quæ uerba cum ſint de præſenti , &
prolata in forma matrimonij , proculdubio uidetur cõtractum
uerum matrimonium.c. ex literis. c. tua nos. de ſponſa. Nec obſt.
uidetur, q᷑ Gregorius primus teſtis ſit amicus , & familiaris dicti
Io. quia cũ Honoratus, alter teſtis, ſit integer, & omni exceptio-
2 ne maior, potuit iudex a quo deferre † iur'm dicto Ioanni in ſup
plementum probationis, ex quo iur'o ſuppletorio reſultat perfe
cta probatio. l. in bonæfidei. C. de reb. cred. c. fin. de iureiur. & li-
cèt gl. in c. mulieri, eo. tit. & in l. ait prætor, la j. ff. eo. tit. in fi. prin.
& ibi Bar. & alij cõiter concludũt, in cauſa matrimoniali non eſ-
ſe deferendum iur'm in ſupplementum, quia cauſa matrimonia-
3 lis dicitur † cauſa ardua, ſ'm Spec. in tit. de reſcrip. præſenta. §. ra-
tione quoque formæ. & Pan. in c. cauſam matrimonij. de offi. de-
leg. cum concordantib. de quib. per Mod. in c. ſi pro debilitate.
eo. tit. Tamen ubi repentur, actorem pluſquam ſemiplenè pro-
baſſe, põt iudex, cõſideratis qualitatib. perſonarum, & cauſæ, de-
ferre iur'm inſupplementum, putà ſi actor fuit uir optimæ uitæ,
neq; ſit inferior puella, contra quam agit,& habeat duos teſtes,
vnum integrum, alium nõ omnino integrũ. ita formaliter con-
cludit Pan. in c. mulieri. col. 3. uerſ. ego in dubio crederem, quem
ſequuntur Pau. Sal. Alex. & Iaſ. in d. l. ait prætor. la j. ad fi. princ.
ff. de iureiur. & idem Iaſ. in l. admonendi, eo. tit. & Iaco. Aufreri.
Toloſana deciſ. 171. & Alex. conſil. 119. aliàs 122. uiſo proceſſu.
lib. 2. & Bal. conſ. 123. cauſa matrimonialis. lib. 2. Quorum aucto
ritatibus do. Iudex a quo motus fuit ad deferẽdum iuramẽtum
ipſi Ioanni , & iudicandũ pro eo. Præmiſſis tñ non obſtantibus,
intrepidè reſpondeo, malè & peſſimè fuiſſe iudicatum , & benè
appellatum. Et ad iſtud clariſſimè demonſtrandũ duo faciã. Pri-
mò oſtendã non fuiſſe ſemiplenè probatũ matrimonium inter
ipſum Ioannem & Gaſpardã. Secundò demonſtrabo & ſi fuiſſet
pluſquam ſemiplenè probatũ, non tñ iudicem debuiſſe, nec po
tuiſſe deferre iur'm in ſupplementum ipſi Ioanni actori. Pro cu-
ius. dilucidatione præſuppono unam concluſ. notiſſimã in cau-
4 ſa † matrimoniali , maximè quando agitur de diſſolutione alte-
rius matrimonij , requiruntur teſtes omni exceptione maiores,
ſecundum gl. in c. j. & ibi Pan. in quarto not. de conſang. & affin.
& in c. in literis. in glo. fi. de teſtib. And. Sic. conſi. 45. col. j. lib. j. &
conſi. 54. col. 3. eo. lib. Decius conſi. 310. uiſis diligenter. Et requi
ritur, q᷑ ſint rogati ſecundum Spec. tit. de teſti. §. j. verſic. Item q᷑
non fuit rogatus. & gl. in c. teſtes. §. de iis. 3. q. 9. & in c. ſi teſtes. 4.
q. 3. And. Sic. in d. conſi. 45. col. j. & Decius in d. conſi. 310. Iſtis ſic
præmiſſis, reſpondeo matrimonium non fuiſſe ſemiplenè ꝓba-
tum per Ioannem actorem. duo enim tantum deponunt de hu-
iuſmodi prætenſo matrimonio. ſ. prædicti Gregorius,& Honora
tus,& neuter poteſt dici teſtis omni exceptione maior. nã Gre-
gorius primus teſtis eſt amiciſſimus ipſius Ioannis , ut patet ex
depoſitione eiuſdemmet Gregorij, qui deponit , q᷑ poneret uitã
5 pro ipſo Ioanne: amicus enim, † qui pro amico teſtificatur, non
dicitur integer teſtis, nec omni exceptione maior, ſecundũ Ant.
& Pan. Imo. & alios, in c. quoniam. de teſt. Alex. conſi. 13. & conſil.
28. lib. 1. & Dec. conſil. 163. ubi dicit, quòd teſtis beniuolus parti,
non poteſt dici omni exceptione maior. immo propter amici-
tiam inordinatam non ſolum fides diminuitur, ſed etiam poteſt
teſtis a teſtimonio repelli, ſecundum Bal. in c. j. de teſt. Conſide-
ret autem integritas iudicis ad quem , an iſte teſtis, qui affirma-
uit, quòd poneret uitam pro Ioanne, ſit ei amicus amicitia inor
dinata. Nam ſi uitam poneret pro eo, etiam teſtimonium ueriſi
militer mutabit. Secundò non eſt integer teſtis alia ratione, q᷑a
interrogatus reſpondit quod uellet ipſum Ioannẽ reportare ui-
ctoriam . Ex hoc arguitur q᷑ habet affectionem ad cauſam in fa-
uorem ipſius Ioannis, ergo eius teſtimonium reijciẽdum . Ita in
propoſito decidit Cæpolla caut. 74. teſtibus examinandis. & ge-
6 neraliter habent † affectionem ad cauſam , repelluntur. l. fi. de te-
ſtibus maximè in cauſa matrimoniali, ſecundum Panot. in c. ui-
detur. qui matrim. accuſ. poſſ. & Decius in d. conſ. 110. col. 3. Ter
tia ratione ſuſpectum eſt teſtimonium huius teſtis, quia eſt fami
liaris,& conuerſatur quotidie in tabernis, & popinis cum dicto
Ioanne, ut ipſemet teſtis fatetur , & aliis teſtibus comprobatur.
7 Ratione autem conuerſationis, † & familiaritatis repellitur te-
ſtis. c. repellantur. de accu. benè facit quod dicit Bar. in l. j. §. præ-
uaricatorem. ff. ad Turpil. & traditur per Guido in tract. maleſi.
in tit. de princ. & iud. col. 5. Item quarta ratione non eſt integer
8 teſtis, quia nihil poſſidet,& ſic † pauper. Ratione autem pauper
tatis teſtis redditur ſuſpectus, ita q᷑ non põt dici omni exceptio-
ne maior. l. 3. ff. de teſti. & in cauſa matrimoniali , quæ æquipara-
tur cauſæ criminali, propter eius arduitatem . Nam de ſtatu ho-
minis,& perpetua ſeruitute tractatur, ſecundum Alexan. conſi.
141. quoniam abunde , lib. 2. Item quinta ratione hic teſtis nul-
9 lam fidem facit, quia eſt ſibi † contrarius. c. cum tu. de teſti. l. qui
falſa, uel varia. ff. eo. nam prius deponit, quod neſciebat, an Ioan-
nes eſſet talia facturus, poſtea in ſecũdis interrogatoriis reſpon-
det, quòd in itinere Ioannes ei prædixerat, q᷑ Gaſparda expecta-
bat eum ad S. Petrum, quæ uolebat eum alloqui,& q᷑ deberet ſe
cum ire . Pluribus etiam aliis rationibus teſtimonium huius te-
ſtis non eſt recipiendum , quas ſerioſius deduxerunt præſtantes
domini Aduocati dicti Clementis, ad quos me remitto. Secun-
dus etiam teſtis Honoratus Baioli, non poteſt dici integer teſtis,
10 quam plurib. etiam rationib. Primò, quia eſt uilis † perſona, exer
11 cens artem uiliſſimam macellatus. Secundò, quia eſt minor † ui
ginti annis, qui in criminalibus repellitur a teſtimonio, l. in teſti
monium. ff. de teſti. ergo etiam in cauſa matrimoniali, quæ cau-
ſæ criminali par eſt, ut ſ. dixi. Tertiò, quia ꝯtrariatur Gregorio pri-
12 mo teſti in pluribus, unde cum ſint inter ſe † contrarij , & uarij,
neuter probabit, dic. c. cum tu,& d. l. qui falſa. Contrariantur pri
mo in tpe , quia vnus deponit ꝯtractum fuiſſe matrimonium circa
meridiem. ſ. 11. & 12. horam, alter dicit inter meridiem, & ueſpe-
ras. diſcordãt etiam in loco, quia unus deponit , q᷑ Gaſparda erat
in itinere prope oratorium S. Petri, quando Ioannes vocauit ip
ſos teſtes, ut adeſſent matrimonio . Alter uerò dicit, q᷑ uidit Ga-
ſpardam dans le iardin de Carmentray . & quod a uia diſceſſit
Ioannes,& acceſſit ad eam, & paulo poſt idem Ioannes uocauit
ipſos teſtes, ut illuc accederent. Ecce aperta diſcordia,& contra
rietas, quia vnus dicit, q᷑ tranſeundo ante oratorium S. Petri in-
uenerunt ibi Gaſparda,& ibi fuerunt rogati, ut eſſent teſtes. Al-
ter dicit, q᷑ eundo omnes tres uerſus S. Petrum, uiderũt Gaſpar-
dam a longe uenientem du iardin de Carmen tray . & quod ab
ipſis teſtibus receſſit Ioannes, & iuit ad Gaſpardam , & poſtea
ipſi teſtes uocati illuc etiam acceſſerunt, & ſic diſcordãt in duo
bus. Primò in loco , in quo inuenerunt Gaſpardam . Secundò

in loco, In quo dr celebratum matrimonium. Item in alio discor
dant, quia unus deponit, q̃ cõtracto matrimonio Gaspardā iuit
uersus suum iardinum. Alter verò dicit, q̃ iuit uersus S. Petrum.
Nec ulla concordiam uĩ posse adaptari, & vbi aliqua subtili con
13 sideratione possent concordari, tñ talis concordia † admittenda
foret solum, ut testes euitarent periurium, non ut probarẽt, ſm
Io. And. in add. Spe. in tit. de test. §. iam de interrogatoriis. Ant.
& Pan. in d. c. cum tu. Alex. in consi. 116. lib. j. Adde, q̃ alia ratio-
14 ne non uidentur integri testes, quia eisdem uerbis, † eodemque
sermone utuntur in eorum depositionibus: quo casu subornati
præsumuntur, ut in causa matrimoniali rñdet Dec. consil. 163.
Adde etiam, q̃ non fuerunt rogati prout requiritur, & licèt fue
rint requisiti per Ioannem Pauli, ut essent testes, tñ hoc non suf
ficit, quia oportet, q̃ ab ambabus partib. rogentur, vt per glo. in
§. nos autem, in Auth. de tab. & per Ange. in §. & licèt, in Auth.
de test. super hoc tñ non facio magnam uim, qa plures sunt, qui
uolunt, q̃ in causa matrimoniali nõ requiratur rogitum testiũ,
quod in proposito refert Dec. consi. 163. col. 4. Alijs ẽt rationib.
reprobatur testimonium huius secundi testis per dños Aduoca
tos d. d. Clemẽtinis, quas nõ repeto. Ex quib. oĩb. clarissimè con
stat, q̃ nec plenè, nec semiplenè, probatur hmõi clandestinũ ma
trimonium. cũ nullus adsit integer testis. Quib. stantib. nõ opor
tet quærere de iurõ suppletorio, quod nũquam defertur, nisi sit
saltẽ semiplenè probatum, iuxta tradita per glo. Bar. & alios in l.
admonendi. ff. de iureiu. Vt tñ ueritas clarius elucescat, uenio ad
secundum, & dico non fuisse, nec esse deferendum iurm̃ in sup-
plementum d. Ioanni, ẽt si plusquam semiplenè probasset inten
tionem suam, quia in cã matrimoniali, utporè in causa graui, &
ardua, in qua de statu hominis perpetuò agitur, nõ deferẽ iurm̃
15 † in supplementum, ſm glo. & cõiter Doc. in d. l. ait prætor, la j. in
princ. & in d. c. mulieri. Alex. consi. 149. qm̃ abundè, lib. 2. Gemi.
consi. 60. super præmisso dubio. col. fi. Dec. in d. consi. 153. & cõsi.
146. & consi. 310. Nec ob. dũ dr, q̃ est in arbitrio iudicis deferre,
uel non deferre, consideratis qualitatib. personarũ, & causæ, ſm
Pan. in d. c. mulieri. & alios s̃. alleg. Quia respondetur tripliciter.
Primò, q̃ opinio Pan. & sequacium, non est uera, & contrarium
tenent Car. & Imo. in d. c. mulieri, ubi Car. inquit, q̃ si Pontifices
noluissent in causa matrimoniali locum esse iurõ suppletorio,
uerisimiliter statuissent in aliquo canone, cum tot & tanta iura
fecerint in hac materia, & in contrarium adducit text. in c. super
eo. de testi. & contrarium tenet Gem. in d. consi. 61. ubi erat pro
batum matrimonium per unũ testẽ integrũ, & plures alias præ-
sumptiones, & tñ rñdet non esse deferendũ iurm̃ in supplemen
tum, & idem voluit Dec. in d. consi. 183. & 110. Contrariũ etiam
consuluit Soc. in j. vol. consil. 136. Præstantissime Doctor, quod
est repetitum in 2. vol. consi. 155. pro quo etiam adduco Fel. in c.
16 ueniens. el j. in ult. no. de testi. Et ego comprobo arguendo † de
matrimonio spirituali ad carnale, quod est optimum argumen-
tum, c. inter corporalia, de transla. præla. Nam in causis benefi-
cialib. ad prębendum titulum non defertur iurm̃ in supplemen
tum, quia sunt causę graues, & quia magnum est periculũ, quod
ecclesia regatur per intrusum, secũdum Bal. in d. l. in bonæfidei.
& traditur in c. j. de reg. Iur. lib. 6. est tex. & ibi no. per Gemi. in d.
c. j. de eo, qui mitt. in pol. cau. rei seruan. col. fi. ita ergo dicendum
in causa matrimonij carnalis ad probandum titulum matrimo
nij, q̃ non sic deferendum iuramẽtum. Secundò respõdetur, q̃
17 decisio † Pan. in d. c. mulieri, & sequacium, q̃ sit arbitrarium, pro-
cedit quando agitur solum inter uirum prætendentem se con-
traxisse, & mulierem negantem, quæ alteri nondum est despon-
sata: non autem procedit, qñ agitur de dissolutione alterius ma
trimonij, de quo legitimè constat. Ita notabiliter declarat Pau.
de Cast. in d. l. ait prætor, in fi. prin. quem do. Iudex a quo allegat
pro iustificatione suæ sententiæ, sed eã destruit, ut patet ad ocu-
lum. Et q̃ ita sit intelligenda opi. Pan. & sequa. patet euidentissi-
mè: quia ubi agitur solum inter uirum, & mulierẽ non nuptam
alteri, probatio per unum testem, famam, & confessionẽ, est suf-
ficiens probatio. c. j. de appel. c. veniens. el. j. & ibi no. de testi. si ve
rò agatur inter duos contendentes de fœdere matrimonij eius-
dem mulieris, si unus probat prius contraxisse matrimonium
clandestinum per unum testem, famam, & confessionem mulie
ris, & alter probat secundo loco contraxisse per duos testes legi-
timos, uel per instrumẽtum, debet secundus obtinere, & illi ad-
iudicanda est uxor, ſm Vincen. Docto. antiquis. Anton. & alios
cõiter, excepto Cardinali in c. 2. de cland. despon, & ita tenet Soc.
consi. 270. consideratis ijs, col. 2. lib. 2. Pro ista opi. notanter deci
dit Cappella Tolosana decis. 171. & 172. & ibi uideatur glos. quæ
optimè in terminis causam decidit, quam videre necesse est. Nõ
ergo habet locum delatio iuramenti, qñ agitur de sponsa duo-
rum, & unus plenè probauit, & alter non. & ita signanter con-
suluit Gem. maximus Canonista, cons. 27. super dubijs. Vbi distin
guit: aut disputatur inter duos de fœdere matrimonij eiusdem
puellæ, & tunc si pares sunt probationes, ferenda est sententia
pro primo matrimo. c. si inter. de spon. & spon. duorũ quasi per
totum. Aut probationes non sunt æquales, quia primum matri-
monium non est plenè probatum, ſm autem est plenè proba-
tum: & tunc ferenda est sententia pro secundo matrimonio ple
nè probato. c. sicut. de testi. & c. tenor. & ibi glo. in uerbo subar-
rasset. de re iud. Tertiò respõdetur, q̃ posito q̃ aliàs in causa ma-
trimoniali iudex possit deferre iurm̃ in supplementum, oportet
18 quòd actor, qui petit illud sibi deferri, sitẽ vir optimæ uitæ, & ta-
lis, cui nihil opponi possit. ita dicit ipsemet Pan. & probatur, qa
(vt s̃. dixi) testes in causa matrimoniali debent esse, omni exce-
ptione maiores. Is autem, qui petit sibi iurm̃ deferri, succedit lo-
co unius testis. l. fi. C. de fideicom. ergo ẽt ipse debet esse omni ex
ceptione maior, & non solum in causa matrimoniali, sed etiam
in qualibet alia causa iurm̃ non defertur in supplementum per
sonæ uili, uel aliàs infami ſm Bar. in d. l. admonendi, col. fi. unde
fœneratori non est deferendum secundum Io. And. & *cõiter* Ca-
nonistas in d. c. fi. & Legistas in d. l. in bonæ fidei. Item istud iura-
mentum nunquam deferendum est uerisimiliter deieraturo se-
cundum Bal. in l. 2. in 2. no. C. de indi. uid. tol. & in l. quæ sub con
ditione. ff. de cond. inst. Nec ei, contra quem uehemens ex facti
qualitate præsumptio insurgit, secundum Fel. in c. 2. col. pen. de
constitu. & no. per glo. in l. j. C. qui, & aduer. quos. Quæ omnia si
considerasset do. iudex a quo, non detulisset, nec deferre debuis-
set iuramentum in supplementum Ioanni Paulo uerisimiliter
deieraturo, cum esset, & sit captus amore dictæ Gaspardæ, ut ex
attestationibus plurimorum apparet. Amantes enim ut fruan-
tur amica, utque compotes fiãt, cœlum & terram destruerent,
milleque periuria facerent. vnde ait Amoris præceptor Ouid.

Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

& alibi inquit Poeta,

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?

cum alijs adductis in Sylua nupti. fol. 4. ad fi. 4. col. ubi inter cæte
ra dicitur, q̃ omnia uincit amor, qui miscet omne fas atque ne-
fas, & q̃ igneus ille furor nescit habere modũ. hinc est q̃ dictus
Ioannes tentauit ueneno, uarijsque insidijs perdere ipsum Cle-
mentẽ, ut ex processu criminali dicitur apparere. Ex facti etiam
qualitate insurgit uehemens præsumptio, q̃ nunquam contra-
xit matrimonium cum dicta Gasparda, quia in termino banno-
rum non se opposuit iuxta no. in l. si eo tempore. C. de remis. pi-
gno. & c. fin. de clandesti. despon. & c. cum in tua. qui mat. accus.
pos. Item ex eo, quod postquam sciuit contractum fuisse matri-
monium in faciem ecclesiæ cum dicto Clemẽte, protestatus est,
quòd ipse uolebat quærere aliam uxorẽ, & quòd faceret dictam
Gaspardam portare. Laguliete, & ire ad lupanar, quæ sunt eui-
dentissima argum. quòd non contraxerit cum d. Gasparda. Ex
quibus, & alijs, de quibus in allegationibus deductis per alios
dominos allegantes pro Clemente, mihi uidetur pronuncian-
dum bene appellatum, & malè iudicatum, & ita ego pronuncia
rem, si huius causæ iudex essem, ut in simili causa matrimonia-
li attestatur Dec. in d. consi. 133. in fi.

RESPONSVM IIII.

NOn Creditur Ludouico asserẽti se cognouisse Odi
liam uxorem Andreæ fratris, nisi idoneis testi-
bus, uel alijs legitimis probationibus id comprobe-
tur. Verum cum huiusmodi testes producti partim
uarij, partim singulares, partim infames, & non uerisimilia de-
ponentes manifestè probentur, nihil ideo probant, nullamque
fidem facit Odiliæ confessio facta Iacobo parochiali presbyte-
ro; tum quia ambigua, tum quia confessio coniugis contra ma-
ritum nullius est momenti, nisi contenta in confessione per te-
stes idoneos probentur, ne sit in facultate coniugis prosilire ad
confessionem contra matrimonium, & hac captione a matri-
monio pro arbitrio discedere: quare prædictum matrimonium
nullo iure dissolui potest.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c. de illo, de eo qui cogno. consang. uxo. suæ.*
2 *Testis uarius non probat.*
3 *Concordia testium admittitur non ad effectum probandi, sed ut excusentur a pœnis.*
4 *Infamès de iure a testimonio repelluntur, nec non viles personæ, & pauperes.*
5 *Confessio coniugis contra maritum nihil probat, nisi adsint idonei testes.*
6 *Testis singularis, & non uerisimilia deponens, idoneus non est.*
7 *Idoneus testis is dicitur, cuius fides nulla exceptione eludi potest.*

Respon. interpreta.

IN Dubijs causis maximè spiritualibus, semper putaui pe-
riculosum facere iudicium. Et ideo in causa hac separa
tionis matrimonij lubentissimè recusassem respondere, ni-
si ꝓbitas Odiliæ de Pigono multiplici testimonio mihi fuis-
set commendata. Studendo breuitati conabor demõstrare non
fuisse probatum, q̃ Lud. Germ. frater Andreæ, unquam cogno-
uerit carnaliter prædictam Odiliam, & ideo non esse dissoluen-
dum matrimoniũ prætextu illicitæ affinitatis. Et ꝓ fundamento
1 assumo tex. in c. de illo, † de eo qui cog. consang. uxo. suæ. ubi dici
tur, quòd non creditur fratri asserenti se cognouisse uxorem fra

tris

tris ante contractum matrimonium, nisi aliis idoneis testib. hoc fuerit probatum, & in casu nostro fratris testimonium suspectissimum uideri debet, ex eo quia frater neque dum tractaret matrimonium, neque post per longa tempora, reuelauit fratri impedimentum affinitatis illegitimæ, seu illicitæ: non enim uerisimile videtur, q tanto tempore fuerit in mora dã de fraternã monitionem suo fratri. c. nouit. de iudi. est etiam suspectissimum ipsius testimonium, quia agitur de dissoluendo matrimonio fratris, qui diuitijs superat ipsam Odiliam pauperem comparatiuè ad ipsum Andream, arg. c. super eo, el 2. de test. meritò Papa noluit, q ultra testimonium fratris requirantur alij duo testes idonei. Discutiamus ergo testes in hac causa examinatos, & uideamus, si duo sint idonei testes, qui super copula inter Lud. & Odiliam contracta deponũt. Tres reperio testes deposuisse. Primus est Stephanus Troleti, qui uariauit, unum dixit in iudicio fori,
2 aliud in iudicio poli. ideo tanquam vanus† non probat. l. qui falsa, vel varia. ff. de testib. c. si testes omnes. §. q falsa, uel varia. 4. q. 3. Nec obst. si dicatur, standum esse primo dicto in iudicio fori, c. sicut. de testi. per quem ita tenent etiam Card. in c. ueniẽs. 2. col. pen. eo. tit. & Dec. cons. 185. vbi varia consilia ad istud propositũ adducit: quia concedo, q primum dictũ præualet, & ita loquuntur Doct. tamen dico, q primo dicto detrahitur fides per secundum contrarium, & istud non negant Doct. Imò uolunt, q talis testis non dicatur testis integer & idoneus, ita tenet Inn. in c. prætereà. de testi. cog. & Card. in c. ueniens. ubi infert, q ex dicto talis testis non potest iudex deferre iuramentũ in supplemẽtum. sequuntur Pan. & Fel. in c. cum in tua, de testi. Imò ibi uolunt, q talis testis propter magnam suspicionem falsitatis posiit subijci torturæ. Item contrariatur Lud. fratri, qui deponit se misisse ad dictam Olidiam vnam somatam bladi per dictũ Troleti, ipse verò Troleti deponit, q misit solum dimidiam somatam, item Ludouicus dicit, q nullos aderat, quando cognouit dictam Odiliam, nisi duo seruitores, quos in specie nominat, & inter quos non est nominatus idem Troleti, & tamen ipse attestatur, quòd erat præsens, quando Ludo. cognouit ipsam Odiliam, & consequenter est unus ex testibus contra Susannam. Nec obst. si quis uellet saluare huiusmodi contrarietates per actuum multiplica
3 tionem. iuxta no. in c. cum tu, de testi. quia talis† concordia non admittitur ad effectum, q testes probẽt, sed ut excusentur a pœna falsi, secundum Bar. & *aliter* Doct. in l. 3. ff. si cer. pet. & in l. 1. ff. de noui ope. nunc. gl. & canonistæ in c. in nostra, de testi. Ant. & Pan. in d. c. cum tu. Alex. consi. 116. lib. 1. cum alijs infinitis auctoritatibus, quas omitto. Item idem Troleti fatetur de mãdato dicti Ludo. subtraxisse dictam mediam somatam frumẽti patri ipsius Ludouici per furtum; quo fit, ut ipse reus furti dicatur, tanquam opem furto dederit. l. is qui opem. ff. de fur. & pariter furti tenetur idem Lud. l. si quis uxori. §. sed si filius. ff. de fur. Fur au
4 tem est infamis. l. non debet. ff. de dolo. ergo neuter † potest dici idoneus testis. l. 3. §. lege Iul. ff. de test. c. licèt ex quadam. c. testimonium, eo. tit. Item est uilis persona deponens in causa ardua, ergo minus idoneus, ſm Spec. tit. de testi. §. 1. vers. item q est artifex, & in specie q utilitas operetur, q testes non dicantur idonei firmat Andr. Sic. consi. 32. col. 8. lib. 1. facit dictum Bar. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæstio. Item est pauper, ergo non integer propter præsumptionem, ne lucri causa fuerit testificatus, secundum Spec. in d. §. 1. uersi. item q est pauper. & Barb. in d. cons. 32. col. 8. Secundus testis, d. presbyter Iacobus parochialis sacerdos deponit, quòd interrogata ab ipso, si cõfessa fuerat Andreæ eius marito, se antea fuisse cognitam a dicto Lud. respondit ipse scit causam. hæc responsio negari non potest, quin sit ambigua, & ideo declaranda spectat ipsi Odiliæ. l. si quis intẽtione ambigua, ff. de iud. Et dato, quòd sonaret in affirmatiuam, q. d. ipse Andreas scit causam quare fuerim confessa, tamen sonaret in affirmatiuam suspectam. q. d. ipse scit, q non fui confessa spontè, sed fortè propter metum, & minas, aut uerbera, uel ob aliã causam compulsiuam. Prætera, dato q ipsa fuisset confessa expressè, ta-
5 men confessio coniugis† contra maritum nihil probat, nisi contenta in confessione probentur per testes idoneos, c. super eo. de eo, qui cog. consang. vxo. suæ. ne sit in facultate coniugis prosilire ad confessionem contra matrimonium. & hoc modo pro arbitrio discedere a matrimonio, vt ibi dicit Papa. Item ipse testis in hoc est singularis, & ad probandum confessionem requiruntur duo testes, ut in specie per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Nec ob. q ipsa Odilia promiserit stare eius dicto, quo casu vnius testis probat plenè, secundum Bart. in l. Theopompus. ff. de do. præle. quia uerum in his, quibus pars potest renunciare probationibus, & sibi pro arbitrio præiudicare. Secus in causa matrimoniali, cuius dissolutio non pendet a facultate alicuius partis, secundum Pan. in c. mulier. de iureiur. qui per istam rationem tenet, q in causa matrimoniali non defertur iuramentum a parte parti, nec in supplementum probationum, Gemi. consi. 33. ad fi. cum solitis concor. & ea ratione, quia propria confessio nõ probat contra matrimonium, eadem ratione non præiudicabit matrimonio consensus & promissio standi dicto vnius tantum, nisi adsit alia sufficiens probatio. d. l. super eod. Tertius testis Petrus Gaudem. deponit non uerisimilia, & sibi inuicem repugnantia. dicit. n. q uidit Ludouicum tunc eius dominum uolentem deflorare Odiliam, & eam amplexantem, & q se occultauit, donec opus esset consummatum, postea subijcit, q ingressus dixit dño suo, uos estis bene insanus. Cõsideret quilibet sensati cerebri, an sit verisimile seruum reprehendere dñm de delicto, cui poterat obuiare, & noluit. Certè non cadit in mentem: non. n. caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & error cui non resistitur, approbatur. c. error. & c. consentire. 83. d. c. qui cõsentit. 11. q. 3. Si ergo error fatetur approbasse, quomodo uerisimile est, q postea redarguerit magistrum, quis credit hoc? Scriptum est. n. apud Apostolum, maiorem te ne redar-
6 guas. cum itaq; verisimilia non deponat, non est idoneus† testis, imò suspectus de falsò, ut dicit Pan. in c. quia verisimile. de præsum. Barb. cons. 47. nu. 31. uol. 1. Præterea est singularis. dicit. n. q vidit Lud. cognoscere Odiliam de die paulo ante uesperas; Troleti uerò dicit, q uidit de nocte, & sic tanquam singulares non probant. l. iusiuran. C. de testib. c. in omni negocio, cum uulg. de test. sic. n. deponebant testes contra Susannam: unus. n. dicebat sub pinu, alter sub ficu. Ex præmissis restat concludendum, q
7 nullus istorum testium dicitur idoneus, † qa is idoneus testis dicitur, cuius fides nulla exceptione elidi potest, ſm glo. in §. item verborum, in verbo, idoneos. Inst. de inut. stip. Restat ẽt concludendum, non fuisse probatam copulam Ludouici cũ dicta Odilia, quia vltra confessionem ipsius Lud. requiruntur alij duo testes idonei, d. c. de illo, qui non reperiuntur in hac causa, igitur &c. Et credendum est, q si dicta Odilia haberet amplum patrimonium, quòd Andreas, qui cum ea stetit spatio plurium annorum, non recusaret eam, d. c. super eo. de testi. Laus Deo.

Responsa acutissimi I. V. D. Ioan. Fran. Ripen. a S. Nazario, explicit Lib. 4.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO, IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Decretalium Librum quintum absolutissima Responsa.

Nunc postremò maiori, quàm hactenus vnquam factum sit, diligentia recognita, & repurgata.

De adulteriis & purgatione canonica.

RESPONSVM I.

MOnachus Adulter, & ex confessione propria de adulterio conuictus, & carceribus detentus, alium monachum similiter de adulterio accusauit. Quæstionis est, an præstet indicium sufficiens ad torturam? quod manifestè negatur: debet enim probatæ uitæ, & uinculis, ac carcere solutus esse, qui crimen obijcit, quinimo accusatus, nec carceribus committendus, nec torquendus est, & si mille indicia sufficientia existerent, si de huiusmodi crimine diffamatus aliter non apparebat: nam clericus ad pœnam purgandam nullo iure carcerari pôt, nisi crimen confessus, vel de eo conuictus fuerit. licèt facti infamiam purgatione canonica purgare hēat.

SVMMARIVM.

1 *Vnus testis, omni exceptione maior, facit indicium ad torturam, aliàs secus.*
2 *Vinculis, vel carcere detentus, non admittitur ad testificandū contra aliquem in causa criminis.*
3 *Clericus, etiam si adsint mille indicia sufficientia, non est torquendus, nisi prius sit de tali crimine diffamatus.*
4 *In criminalibus probationes luce meridiana clariores requiruntur.*
c. 1. de loca. & in cle. 1. de conſangui. ¶ Scdò, ẽt ſtante concluſio-
ne, de qua in pręcedẽti dubio, ꝙ d. Cardinalis potuerit dicta bo
na alienare in prædictum d. Galeazum forenſem, non obſtante
prohibitione ſtatuti: ſuccedit trita concluſio, ꝙ res inalienabilis
(maximè inter certas perſonas) ſi ſemel effecta ſit alienabilis in
13 illas, † durat perpetuò alienabilis, l. pater filium, §. quindecim, ff.
de leg. 3. & ibi no. Bar. inſerens ex his, ꝙ merum imperium ſemel
delegatũ a Principe. eſt perpetuò delegabile, contra l. 1. ff. de offi.
eius. Et ad iſtud propoſitum multa reducit Ial. in l. filiuſf. §. Diui,
col. 7. ff. de leg. 1. Et bene quadrat *cõis* opi. de qua in c. querelam,
per illum text. de elec. quæ eſt, quod iuſpatronatus poſſit per
laicos præſcribi. Quia ex quo ſemel laici fuerunt habilitati, ut
poſſint per fundationem, conſtructionem, uel donationẽ acqui
rere, & poſſidere iuſpatronatus, ut in c. piæ mentis, 16. q. 7. pari ra
tione dicendum eſt, ꝙ etiam habilitati dicantur ad præſcriben-
dum. Cum ergo fuerit habilitatus d. Galeaz. forenſis acquirere
immobilia, pariter omnes perſonę eiuſdem generis, & ſic omnes
forenſes ad illa bona acquirenda habilitati cenſeri debent. Et be
ne facit, quod concludit Pan. in c. quæ in eccleſiarum, & ibi Fel.
de conſt. ubi decidũt, ꝙ ius diuinum ſemel limitatum, durat per
petuò limitabile, a fortiori ergo ius poſitiuũ. Et ſic ẽt pręſens ſta
tutum ſemel limitatum in perſona do. Cardinalis durabit limi-
tabile in perſona d. Galeazij, & eius hęredum. ¶ Tertio facit; qa
tenendo, ꝙ ſtatutum ipſum loquať in perſonam (ut concluſum
fuit in præcedenti dubio) ſequitur dicendum, ꝙ ſtatutum non
14 habeat ligare forenſes, quia ſtatutum † eſt iuriſdictionis, ſm Bar.
in l. oẽs populi, in 1. q. ff. de iuſt. & iur. quam iuriſdictionẽ nõ ſit ſta-
tuentes in forẽſes, c. ut animarũ, de conſti. li. 6. l. fi. ff. de iuri. om.
iudi. l. 1. C. de ſum. Tri. & fid. cat. & ibi Bart. & uoluit Pau. de Caſt.
in d. conſi. 89. Et ex iſtis ſatis clarè patet reſponſio ad duo, quæ
ſ. adducta fuerunt in ꝯrium. ¶ Circa tertium, poſito ꝙ alienatio
ualeat non obſt. ſtatuto, ẽt ꝙ facta ſit conſignatio, & traditio; an
d. Cardinalis teneatur amplius operam cum effectu dare, ꝙ illu-
ſtris Marchio Mantuæ eius frater approbet, conſentiat, & ratifi-
cet contractum? Non puto expediens inſiſtere, quia iſtud nõ hẽt
probabilem dubitationẽ, quis. n. adeo eſt obtuſi ingenij, craſſæue
mineruæ, qui aſſeueret obligatũ ad plura copulatiuè (ut eſt ꝑdi-
ctus d. Cardinalis, q teneť tradere & curare ꝙ illuſtris Marchio
ꝯſctum, ꝙ traditionẽ approbet) forè liberatum per adimplemen
tũ unius tm̃: certè nemo. l. ſi hr̃di plures, ff. de condi. inſti. cũ ſuis
cõcor. Et qa dr̃ p agentes noĩe ꝑdicti Cardinalis (ſtante ualidita-
te ꝯctus non ob. ſtatuto) fruſtratoriã eſſe, atq; illuſoriã ꝯfirmatio
nem, & diſpenſationem illuſtris Marchionis, ergo tanq̃ fruſtrato
ria nõ eſt exigenda, l. hæc ſtipulatio. §. Diuus Pius, ff. ut leg. noml.
cau. cũ lex actus fruſtratorios abhorreat, l. qui bis idẽ. ff. de uerb.
obl. certè iſta obiectio a viro experto non eſſet opponenda, quia
ratificatio, & approbatio Marchionis poteſt infinitos alios effe-
15 ctus operari † ultra derogationem ſtatuti. Operari. n. põt eo caſu,
quo haberet Marchio hypothecam in dictis bonis, qa per cõſen
ſum ſuum tolleret, l. 2. C. de remi. pign. & no. in l. ſicut, §. non tñ.
ff. quibus mo. pign. uel hyp. ſol. Vel poteſt operari renunciatio-
nẽ fideicommiſſi. ſi qđ prętenderet idẽ Marchio. l. cum pater, §.
libertis. ff. de leg. 2. & traditur per Bar. & alios, in l. qui, Romæ, §.
duo fratres, ff. de uerb. obl. Vel ẽt poſſet operari dñij amiſſionẽ,
ut no. in l. ſi ſeruus communis, ff. de dona. inter uir. & uxo. Et ꝙ
requiratur confirmatio Marchionis non ſolum ad effectum de-
rogandi ſtatuto, ſed ẽt ad effectum excludendi ius proprium, &
priuatum ipſius Marchionis, apparet ex uerbis inſtrumenti, ex
quib. requiritur, ꝙ dñs Francis. non tm̃ conſentiat ut Marchio,
ſed ut Franciſcus, & frater germanus ipſius do. Cardinalis. quæ
uerba ad tranſitum ius referuntur, ut not. in l. ſi ſeruus cõis ita ſti
pulatur, ff. de ſtip. ſeruo. & notant Can. in c. quoniã Abb. de offi.
deleg. ¶ Ad quartum, an ſi domina Geneuera efficiatur ciuis, &
ſubijciatur oneribus ciuitatis Mantuæ, conualidetur alienatio?
uidetur ꝙ non, quia ex forma ſtatuti, ipſo facto res alienata

in

in forensem applicatur cõmunitati, ergo in præiudicium cõis
(cui res fuit applicata) non uidetur alienatio confirmari. Nam
confirmatio etiam Principis, facta ex certa scientia, nunquam
16 intelligitur confirmare actũ inualidum † in præiudicium tertij,
cui ius erat ante confirmationem acquisitũ, ſm gl. & cõiter Ca-
no. in c. fi. de confirma. uti. uel inuti. sequitur Bald. in præludijs
feu. facit tex. in c. quamuis, de rescri. in 6. & c. super eo, de offi. de
leg. & in l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in lo. pub. cum simili-
bus. Confirmatur, quia ꝙ contractus a principio nullus est post
facto conualidetur, ita ꝙ ualeat usq; a principio, non potest es-
se nisi ex fictione. Sed certum est, ꝙ fictio nunquam operatur
17 † in præiudicium iuris tertio acquisiti. §. liceat, in Auct. quibus.
mod. nat. effi. legitimi, & §. illud, in Authen. quib. mod. nat. effi.
sui. traditur per Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. &
post. ¶ Sed istis non obstantibus, plurima sunt, quæ me in con-
trariam trahunt sniam. Primò, quia statutum applicans ipso fa-
cto cõitati rem aliena tam in forẽsem, sanè intelligendum vĩ. s.
18 si rei traditio, † fuerit subsecuta, ſm Bal. in c. j. §. aut si libellario.
quibus modis feud. amit. & in c. imperialem, col. j. de prohi. feud.
ali. per Fed. gl. in l. j. §. si rem depositã. ff. depo. Ias. in l. filiusfam. §.
diui, in 2. lec. col. 8. ff. de leg. j. Corn. consi. 11. in præsenti. col. 12.
lib. 3. Simile uidemus in emphyteuta alioãte sine consensu do-
mini, qui non cadit a re emphyteutica, nisi secuta traditione,
ſm Specu. tit. de emphy. §. nunc aliqua. q. 95. & sequitur Ias. post
Alb. & Saly. in l. fi. C. de iure emphy. & Ant. de Bu. consi. 37. uiso
puncto. Alex. consi. 177. uiso themate. col. 2. lib. 2. & d. Ant. & cę-
teri, in c. potuit de loca. Et ratio est, quia non dicitur contractus
alienationis perfectus, nisi res tradita. §. uenditæ, Insti. de rer.
diu. c. cum Ioan. de fide instr. in casu autem nostro nulla fuit se-
cuta traditio. Non quidem per contractum factum Pisauri, quia
traditionibus, non nudis pactionib. dominia rerum transferun-
tur. l. traditionib. C. de pactis. nec per talem contractum, quo me
diante dom. Cardinalis dedit rot ex bonis suis stabilibus, ex qui-
percipit possit redditus mille ducatorum, dici potest trãslatum
19 dominium, cum datio sit incerta, † & imperfecta, nec sint præ-
dia per nomina & confinia demonstrata. l. cum seruo. §. fi. ff. de
ꝯhend. emptione. & no. in l. Titius hæres. ff. de actio. empt. Nec
per illa uerba posita in instrumento, Dedit, tradit, & consigna-
uit, potest dici subsecuta traditio. Per talia. n. uerba solùm uide-
tur concessa facultas intrandi, & apprehendendi possessionem
propria authoritate. l. ꝓdia (ſm lec. Iac. de Are. & Ate. & Bar.) ff.
de acquir. pos. & sequitur Alex. consi. 4. col. 2. lib. 2. Nec etiã per
20 constitutum † potest dici facta uera traditio, quia per constitu-
tum res traditur iuris fictione, ſm gl. in l. ab emptione. ff. de pac.
& traditur per Alex. & alios in l. ꝙ meo. ff. de acq. pos. Quæ fictio
non potest habere locum in casu nostro, in quo bona (de quo-
rum traditione quæritur) non sunt certitudinaliter alienata, sed
in genere. Et super incertis non cadit fictio, ſm gl. in l. i. §. acce-
dit, C. de rei uxo. act. & in l. pen. in gl. existimari. ff. quod me. cau-
sa. Nã si uoluerimus dicere, ꝙ constitutum operetur traditionẽ
bonorum etiã incertorum, necesse erit fateri, ꝙ operetur incer-
tam traditionem, & consequenter inutilem & inualidã, quia in-
certitudo uitiat oẽm actum. l. triticum. ff. de uerb. obli. & l. ita sti
pulatus. ff. eo. titu. Vnde cum constitutum & traditio inde re-
sultãs, propter incertitudinem sint nulla, non debet ex actu nul
lo sequi ulla confiscationis pęna. l. filium. §. si quis contra tabu-
las, & quod ibi decidit Bar. tit. de le. præst. l. 2. & ibi Bald. C. de eu-
nuchis. cum simi. Et pro corroboratione huius rationis, & pro
decisione. adduco casum legis in l. 3. §. incertam. ff. de acq. poss.
ubi dicitur, ꝙ res incerta ratione loci, & quotæ, non potest pos-
sideri, & ibi Bart. in specie decidit ad hanc dubitationem, ꝙ si
uenditor uendat centum iugera terræ in ea parte, in qua em-
ptor elegerit, & constituat se tenere & possidere, non potest uir
tute huiusmodi constituti uideri trãslatam possessionem, & se-
quuntur *communiter* Doct. ibi, & ita etiam consuluit idem Barto.
consi. 63. pactum tale est, Petrus Nicolæ donauit Nicolæ. & idẽ
tenet Ang. in l. quæ de rota. §. j. ff. de rei uen. & Dec. consi. 226.
magister Ioannes, in 2. parte, &c. Præterea, & si essemus in casu,
in quo posset dici per constitutum translatam fuisse possessio-
nem, tamen per talem traslationem fictè secutam non uidere-
tur commissa pęna, sicut per translationem possessionis factam
21 per constitutum † non incidit emphyteuta in pœnã. l. fi. C. de
iure emphy. ut determinat do. Guido Papæ in decisionibus par-
lamenti Delphinatus, de cis. 101. si quis rem, &c. dicens ita etiam
seruari in illa curia. Non etiam per consignationem & traditio-
nem factã asserto procuratori præfati do. Galeazij possunt dici
bona ipsa cecidisse in cõmissum & applicata fuisse cõi Mantuæ,
quia talis traditio & consignatio fuit nulliter, & frustratoriè fa
22 cta. Et ex actu nullo, & frustratorio, † non causatur pœna legis,
uel statuti, ut s. dixi tenere Bart. in d. §. si quis. & idem tenet Bar.
in l. ubi pactum, C. de trãsac. & Bal in l. ea quidem, per illum text.
C. si manc. ita fu e. ali. &c. Quòd autem talis traditio nulliter fa-
cta fuerit, costat ex pluribus. Primò, quia facta fuit non habenti
mandatum. Secundò, quia facta fuit sub conditione, si prænomi
nati d. Cardinalis, & Galeaz, ratificarent ipsam cõsignationẽ il-
linc ad festũ Paschæ. Quæ ratificatio dr non secuta. Vnde perin-
de est, ac si nunquam fuerit ulla facta traditio, & cõsignatio cũ
23 paria sint nihil fieri, uel fieri sub condõne, † quæ nõ fuerit puri-
ficata. l. pecuniã. ff. si cer. pet. Nec statutũ prohibens alienationẽ
fieri in forensem sub certa pęna, locũ habet in alienatione facta
24 sub condõne, † cũ forensis pendente condõne possit fieri ciuis.
l. cętera, in prin. & ibi Ias. in 7. no. ff. de leg. j. & facit tex. in l. si rem
meam. ff. de uerb. obl. ratio est, quia ante euentũ condõnis nihil
ponitur in esse. l. si quis sub condõne dandorũ decẽ, si quis omi.
cau. test. ff. Et si dicatur, ꝙ dicta traditio nõ fuit ꝯdõnalis, sed pu-
ra in euentum cõdõnis resoluenda, cũ fuerit facta purè, adiecto
pacto, ꝙ nõ ualeat nisi secuta ratihabitione prædictorum do-
mi. Cardinalis, & Galeazij; quæ dictio, nisi, addita uerbo præsen-
tis tpis in ꝯctu nõ facit actũ cõdõnalẽ, sed resoluendum in ꝯdõ-
nis euentũ, ſm Bar. & scri. in l. si eũ. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau
tio. quia rñdetur, ꝙ illa theorica Bar. nõ procedit, qñ in ꝯctu fue
runt apposita alia uerba suspensiua, seu denotantia, actũ nõ es-
se perfectũ, nisi sequatur effectus sub dictione, nisi, exceptiuè cõ-
prehensus, ut est tex. clarus. & ibi gl. & scrib. in l. a. ff. de in diẽ ad-
dic. in casu isto constat, ꝙ partes uoluerunt traditionẽ tenere, &
perfectionẽ habere, nisi secuta ratihabitione, igiẽ &c. Et bene fa-
cit, ꝙ de emphyteuta alienante rem cũ pacto, ꝙ uenditio nõ ua
leat, nisi directus dñs cõsenserit, dixit Bal. in c. j. col. 10. quib. mo.
feud. amit. & c. j. §. hoc quoq;. de succes. feudi, circa fi. ubi tenet
emphyteutã huc casu nõ incurrere pęnã caducitatis, & sequunẽ
Pan. in c. a. de feudis, qđ latè ꝓsequiẽ Ias. in l. fi. C. de iur. emphy. &
in l. nõ solũ. §. morte. ff. de no. ope. nun. Vel ẽt, esto ꝙ diceret tra
ditio resoluẽda in euentũ ꝯdõnis. qa tñ resoluta fuit traditio ꝑ
defectũ ꝯdõnis, nihil est ꝙ proponat, quare bona dicanẽ applica
ta cõi, ut cõcludit in simili Gul. de Cu. Bal. & Ang. in l. ab emptio
ne. ff. de pac. & Cur. senior cõsi. 8. col. fi. ergo stantibus, ꝙ nondũ
sit facta traditio, & cõsequenter, ꝙ bona ipsa nõ sunt in cõmis-
sum, nec cõi applicata, restat concludendũ, ꝙ si D. Geneuera fa-
ceret se ciuem, & oneribus se supponeret, euitaret pœnalem in
dispositionẽ dicti statuti. ¶ Sed fortius dici posset, ꝙ ẽt si bona
acquisita, & cõfiscata fuissent cõi, nihilominus si do. Geneuera
25 ante traditionẽ efficiatur ciuis, cõualidabitur ꝯctus † etiã in prę
iudiciũ cõis, nõ obst. adductis in ꝯnum. Quia procederent, ubi
eius acquisitũ cõi traheret cãm aliunde quã ab ipso ꝯctu, & alie
natione facta in forensem. secus ubi trahit cãm ab ipsa alienatio
ne, prout in casu nostro. l. siue libertus, siue patronus. ff. de iure-
pat, ubi patronus restitutus recuperat iuspatronatus, quod ipso
facto per deportationem amiserat, per quem tex ita cõcludunt
Cy. Ang. Alex. & Are. in l. Gallus. §. & quid si tm. ff. de lib. & post
hu. ubi dñt, ꝙ restitutus recuperat etiã bona, tertio acquisita ex
solo bãno & delicto, secus si ex ꝯctu Principis. Et ita ẽt tenẽt Pet.
de Anch. & Mod. in c. quãmuis. de rescr. in 6. & Abbas ꝯsi. 94. in
j. parte. in q. hæredũ, col. 5. ¶ Quò uerò ad ultimũ, posito, ꝙ præ-
dia cõsignata ceciderint. in cõmissum, an d. Geneueræ competat
actio ad interesse ꝯ d. Cardinalẽ? Prima cõsideratione uideretur,
ꝙ nõ; quia ubicunq; res nõ est in cõmercio acquirẽtis lege pro-
26 hibente, tunc acquirenti † nõ debetur aliquod interesse. l. mul-
tum interest: & ibi Bar. exemplificat in terminis huius statuti, ff.
de uerb. obl. & ibi alij *cõiter* sequunẽ, & Alex. & Mod. in d. l. cęte-
ra. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Verum (hoc nõ obst.) ſm ea, quæ proponun-
tur, ꝯrium uerius existimo. Ad qđ ostendendum præmitto, ꝙ d.
27 Galeaz. persona forensis, præsumiẽ ignorasse † statuta Mantuæ,
c. ut animarũ, & ibi no. de cõst. lib. 6. tradiẽ in l. cunctos populos.
C. de sum. Trin. & fid. cath. Et nõ solũ forensis, sed ẽt ciuis nouel-
lus præsumitur ignorare dispositiones statutorũ. l. qui cum vno.
§. fi. & l. qui commeatus. ff. de re mil. Quæ iura extollit Ludo. Ro
ma. singul. 73. nunquid ciui nouello, & consilio 228. columna
tertia, & consi. 251. & Bal. in l. data opera. C. qui acc. non poss.
Alex. in l potest. ff. de acqui. hæred. Fel. in c. 3. de exceptio. & ali-
bi sæpe. ¶ Secundò præmitto, ꝙ do. Car. ciuis originarius, & pri-
marius ciuitatis Mantuæ, præsumiẽ habuisse, & habere scientiã,
28 & notitiã † statutorũ suæ ciuitatis. l. leges. 3. & ibi Bald. C. de legi
Bar. in l. bonorum. ff. de bo. pos. tit. generali, no. in d. c. ut anima-
rum, & in alijs locis s. allegatis. ¶ Istis sic præmissis, infero ꝙ do.
Car. scienter alienando res prohibitas alienari d. Galeazio foren
si, & ignoranti dispõnem dicti statuti, fuit in manifesto dolo, &
culpa, unde in subsidiũ saltem actione de dolo ad interesse tene
tur. l. eleganter. §. j. & l. quod uenditor. ff. de dolo. Et licẽt hic do-
lus nõ dederit causam contractui, non tñ cum agatur de cõtra-
ctu innominato (quia do. Card. promisit dare redditum ducato
rum mille do. Galeacio, ut ipse do. Galeaz. relaxaret arcem, & cę
tera) dico ꝙ actione de dolo, uel præscriptis uerbis, propter do-
lum tenetur ad interesse. l. naturalis. §. sed si dedi. ff. de præsc. uer
bis. ¶ Prætetea do. Card. promisit per solennem stipulationem
bona prædicta consignare, & consignata manutenere, & defen-
dere a quacunque persona, collegio, & uniuersitate, sub obliga-
tione expressa soluendi oĩa damna & interesse, unde tenẽ actio
ne ex stipulatu. non obst. excep. prædicti statuti. Ita in specie, &

in terminis determinat Fran. Cur. senior, summus practicus, &
optimus iurisc. consi. 27. Mag. uir d. Vgutio, in pen. dubio, co. fi.
¶ Item, & tertiò, si d. Card. operã cũ effectu dedisset, ꝙ illustris
Marchio eius frater cõprobasset alienationẽ (prout tenebatur)
non fuisset cõmissa pęnalis dispositio allegati statuo, tũ qa sta-
tutũ permittit alienationẽ accedente licentia Gñalis, & conse-
quenter ẽt licentia Marchionis, qui est s. Generalẽ, tũ quia illu-
29 stris Marchio põt derogare statutis † sui Marchionatus, ut no. p
Bar. in l. 5. ff. de uerb. obl. & in l. oẽs populi, ff. de iu. & iu. cũ igitur
non adimpleuerit cõuenta, restat cõcludendũ, ꝙ cõmissa fuerit
stipulatio ad interesse. Et si dicat ꝙ promissio, ꝙ Marchio appro
30 babit & ratificabit, nõ est obligatoria, † quia est promissio facti
alieni. l. stipulatio ista, habere licere, in prin. ff. de uerbor. oblig. &
Insti. de inuti. stipu. § si quis alium. Rñdeo, ꝙ & si non sit obliga-
toria quantũ ad factũ, est tñ obligatoria quantũ ad interesse, si
factũ nõ fuerit subsecutũ, ut expressè dicit in d. iuribus. Itẽ reg.
d. l. stipulatio ista. hrẽ licere, nõ procedit in promissione de rato,
l. quoties quis, ff. de uerb. obli. & toto tit. ff. rẽ rat. hab. Itẽ nõ pro
cedit in promissione iurata, tũc. n. pp iurm, qđ facit ualere actũ
oĩ meliori mõ, quo põt, sustinet pmissio, c. literis, c. sicut. de spõs.
& utrobiq; gl. & gl. in c. ex rescripto, & ibi Pan. & alij, de iureiur.
Non ẽt dicat, ꝙ debuit D. Cardinalis interpellari, ut faceret, ꝙ
illustris Marchio ratificaret: quia rñdetur, ꝙ is qui promisit, ꝙ
31 alius ratificabit, † statim absq; ulla interpellatione tenet curare,
ꝙ alius ratificet, sm Bald. in c. 1. §. ad hæc, in tit. hic finit lex. in usi.
feud. sequitur Are. consi. 142. ex facto proponit. Alex. consi. 42.
super præmisso, lib. 1. Fel. in d. c. ex rescripto, col. 5. qđ maximè ue
rum est, ubi interuenit iurm, ꝙ habet uim interpellationis, sm
Ab. & Ant. in c. breui, de iureiu. & Iason. in l. si ex legati causa, ff.
de uerb. obli. at in casu nostro interuenit iurm, ergo &c. ¶ Quar
tò posset probabiliter dici, ꝙ statutũ solũ prohibet ciues aliena-
re, quò fit, ꝙ prædia alienanda non dicuntur io cõmercio ciuiũ,
non aũt negatur cõmerciũ forensibus. Vnde ciuis alienans non
excusat ab obligatione damnorũ, & interesse, ut est casus in d. l.
multũ interest, in 2. uers. & ibi gl. & Bar. exẽplificat in Iudeo ꝓhi-
bito uendere seruũ Christianũ; nontñ super hoc fundamento
facio magnã uim. ¶ Vltimò fortè põt attentari, ꝙ bona dicant
in commercio, ex quo possint alienari de licẽtia Generalis, qđ nõ
discutio, quia prædicta satis, superque satis sufficiunt ad uicto-
riam d. Geneuerae, & iustificationem nostræ consultationis.

RESPONSVM V.

Filia dotata succedit matri, excluso fratre germano, etiã
si statuto caueatur, quod mulier dotata partem nõ
faciat cum fratribus utrinque coniunctis, uel ex uno la-
tere tantum, in hæreditate paterna, materna, fraterna,
uel auita. Quia respectu matris (de cuius successione quæritur)
germanus non rectè potest dici frater.

SVMMARIVM.

1 *Frater germanus, & ex parte patris duntaxat frater, an frater rectè appelle-tur, & num. 12.*
2 *Statuta sunt stricti iuris, ita quòd non recipiant interpretationem, nec subau-ditum intellectum.*
3 *Voluntatis quęstio non est admittenda, quando in verbis non est ambiguitas.*
4 *Statutum ideo sorores stantibus fratribus, excludit, vt bona in familia & agnatione conseruentur.*
5 *Statutum, quando vnam rationem tantum recipit, illa ratio habetur pro ex-pressa, & ex illa ampliari, & restringi potest.*
6 *Argumentum est solidum, & efficax, a cessante ratione.*
7 *Adoptiuus frater non excludit sororem, etiam dotatam ab intestato.*
8 *Argumentum a partibus remotis, est optimum, & concludens.*
9 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
10 *Determinatio respiciẽs plura determinabilia, dẽt ad ea æqualiter determinare.*
11 *Mater, est nomen correlatiuum.*
12 *Frater non dicitur ex parte matris.*
13 *Lex quãtũcũq; generalis distinguitur p rõnẽ ipsi⁹ legis, & ibi vide de statuto*
14 *Statuta, quam interpretationem recipiant.*
15 *Priuilegia patiuntur interpretationem.*
16 *Testamentum verisimile, iustam restrictionem non abijcit.*
17 *Edicta prætoris, rationabili interpretationi acquiescunt,*
18 *Consuetudo restringitur a ratione, quæ eam induxit.*
19 *Statutum disponens verba debere intelligi ad literam, non remouet legitimas interpretationes.*
20 *Clausula, appellatione remota, remouet solum friuolas.*
21 *Statuti mens, & ratio, magis est attendenda, quàm verba.*
22 *Statutum correctorium iuris communis, est interpretandum vt minus corri-gat, quàm fit possibile.*
23 *Statuta sunt conformanda iuri, & æquitati, quamuis verba non patiantur.*
24 *Statutum vnum etiam posterius, alterum declarat.*
25 *Statuta restringenda sunt per aliud statu[illegible], vt contrarietas euitetur.*
26 *Dictio [illegible] quando, cum est coniunctiua, & actum simultaneum requirit.*
27 *Partem qui nullam de iure facit, ad partem non admittitur.*
28 *An pater dotans filiam post mortem matris censeatur eam dotare de bonis matris, seu de proprijs; an viriliter.*

Respon. interpreta.

Agit Ioannina de Rugnonibus contra Hieronymũ
fratrem germanum ex secundo matrimonio,
& alia matre natum, hæredem quondam Petri Anto.
cõis patris, ad dotem & hæreditatem Iuidæ matris, uti
filia & hæres. Dubitatur an iure agat. De iure cõi proposita con
sultatio non habet in se probabilem dubitatiõnem. Nam cer-
tissimo iure ad ipsam spectat uniuersa hæreditas matris, sic dispo
nente Senatuscon. Orfi. Et si Hieronymus esset frater consan-
guineus, & sic ex utroque parente, rectè ageret ad dimidiã, cum
non sit neulanda natura, cur eam fœminam generauerit. l. ma-
ximum uitium. C. de libe. præte. l. lege. C. de leg. hære. & Instit. de
exhæ. lib. §. nostra, ẽt ꝙ fuerit dotata. l. 1. & ibi Bal. C. de legi. hær.
Sed dubitatio (ut uideo) sola uersatur super statuto Papien. quo
cauetur, ꝙ mulier dotata, ab intestato non faciat partem cũ fra-
tribus in hẽditate paterna, materna, fraterna, nec auita. ¶ Chri-
sti redemptoris, eiusq; gloriosissimæ genitricis, ac diui August.
implorato suffragio, uiso dicto statuto & diligenter, ac maturè
singulis uerbis consideratis, uisum fuit prima consideratione re
spondendum hæreditatem Iuidæ spectare, & pertinere Hierony
mo, exclusa Ioannina, sic clarè disponente statuto, & excluden-
te sororem extantibus fratribus. Clarũ aũt est Hierony. fratrem
1 nominari, † licèt sit germanus, & frater duntaxat ex parte patris.
l. Lucius. §. quæsitũ. ff. de leg. 3. no. in l. 1. in gl. pen. & ibi Ang. ff.
de inoffi. test. Nec dicatur, ꝙ frater germanus nõ est propriè fra-
ter, prout vr̃ dicere Ang. in d. l. 1. tanq̃ non sit simpliciter frater,
sed sm quid, ut in simili dicunt Doc. in d. §. quæsitũ, de fratre pa
truele, & prosequunt Mod. Senen. in rub. ff. de vulg. & pup. quia
& si non diceretur de proprietate sermonis propriè frater, tñ de
cõi usu loquẽdi frater nominat, sm Fel. in proe. Greg. col. 3. Sed
cõis usus loquendi prçualet propriç signifi. l. cũ de lanionis. §. asi
nam. ff. de fun. instl. ẽt in materia statutaria, sm Pan. in c. intelli-
gentia, de uer. sig. & in proe. Decre. & ibi latè Fel. & late etiã per
Alex. & Mod. in rub. ff. de no. ope. nun. Sedò, quia statutũ loquit
gñalr & indistinctè, non distinguendo de quibus fratribus, ergo
nec nos distinguere debemus, vulgata. l. de pretio. ff. de pub. c. si
Romanorum, 19. dist. & l. quãuis, ubi do. meus latè. ff. de in ius vo.
Et eo maximè, ꝙ statuta sunt stricti iuris, & sterilia tanquam mu
2 læ, † ita ꝙ non recipiunt interpretationem, nec subauditum in-
tellectũ, sed sm eorum uerba strictè & frigide, sunt intelligenda.
l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exerc. l. ꝙ constitutum, ff. de test. mili.
cũ solitis concor. maximè quia in calce statutorũ ciuitatis Papiæ
cauetur, ꝙ omnia statuta intelligantur ad literã, & prout litera
sonat. ¶ Tertiò, quia statutũ in illis uerbis, & intelligatur de fra-
tribus & sororibus, siue ex utroque parente, siue ex parte patris
tm̃, clarissime vr̃ excludere Ioanninã extãte Hieronymo fratre,
3 ex parte patris tm̃. Vnde cũ in uerbis non sit ambiguitas, † non
est admittenda uoluntatis q̃stio. l. ille, aut ille. §. cũ in uerbis, &
l. non aliter. ff. de leg. 3. & in claris non debemus hæsitare. l. cõti-
nuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. Et quãuis durum uideat præsens
statutũ & iniquum, est tñ obseruandũ. l. prospexit. ff. qui. & a q.
quinimo si casus esset dubius, melius est uerbis edicti seruire. l. Pu-
blius. §. 1. ff. de cond. & demon. uelle. n. nimiũ subtilizare. ubi res
est clara, nihil aliud est, quàm pniciosè errare, sm Bal. in l. preci
bus. C. de impu. & ali. subst. Prædictis tñ non obst. ꝯrium rñden-
dũ duxi infrascriptis considerationibus. Primò considero, ꝙ rõ
4 si. huius statuti nulla alia esse potuit, † q̃ ut bona conseruarent
in familia & agnatione, ut in terminis firmat Bald. in l. maximũ
uitiũ. C. de lib. præte. & in l. Titia cũ testõ. §. Lucius. 2. ff. de le. 2.
& in l. cũctos populos. C. de sum. Trin. & fide cath. & in l. 2. C. de
in ius uoc. & Imo. in l. si uerò. §. de uiro, ad fi. ff. sol. mat. & sentit
Bar. in l. 2. §. uidendũ. ff. ad Tert. & expresse Ang. consi. 68. Marti
nus, Io. de Flor. & Pau. de Cast. cons. 40. in 2. parte, pñs casus mo
dicã habet dubitationẽ, col. 1. Ex hac rõne motus Lud. Ro. ꝯl. 16.
uiso themate, determinat ꝙ istud statutũ (quatenus loquit de
fratribus) intelligat tã de fratribus defuncti patris, uel defunctæ
matris, & sic tã de patruis & auũculis, q̃ de fratrib. filiarum, quia
in omnib. militat prædicta rõ. Quæ cũ sola possit assignari, hr̃ p
5 expressa, † ita ꝙ ex illa statutũ põt ampliari & restringi, iuxta gl.
sing. in l. q̃uis. C. de fideic. de qua faciũt sestũ Bal. & Raph. Cum.
io d. l. maximũ uitiũ, q̃ gl. ẽt Ias. dixit procedere in correctorijs, io
l. 2. in 2. lect. ff. de leg. 2. & Instu. de act. §. 1. Fel. in c. translato, in fi.
de ꝯsti. & in c. si qñ, col. 8. de rescri. Imo rõ, q̃ sola põt assignari, hr̃
pro expressa, ẽt in pęnalibus, sm Pan. in c. fi. de resc. ¶ Et ꝙ hæc
6 fuerit rõ huius statuti, probat a cessante rõne, † ꝙ est solidũ, & ef
ficax arg. l. gñalr. C. de epi. & cle. l. adigere. §. quãuis, de iure pat.
c. cũ cessante, de appel. c. quod pro necessitate, 1. q. 7. c. cum infir-
7 mitas, de pœ[illegible] & remis. Nam frater † adoptiuus (stante prædicto
statuto) non excludit sororẽ, quia io eo cessat prædicta rõ, ut de
terminat Ias. post alios, per eũ relatos, in l. quicunque. §. prætor
ait, ad fi. ff. de in ius uoc. Similiter frater arrogatus non excludit
filiã legitimã, & naturalẽ sororẽ suã, qa cessat in eo dicta rõ, sm
Io. de Ana. ꝯl. 27. uiso casu. sequit Ias. i l. gñalr. §. cũ aũt. C. de inst.
& subst. Sed pallegata ratio magis cessat in Hier. fratre ex parte

patris

patris tantum, qui respectu Inidæ (de cuius hæreditate agit̃) pe-
nitus est extraneus nullo sãguinis uinculo, nullo affinitatis gra
du coniunctus, imo nec legali, prout frater arrogatus, cui hmõi
statuti beneficiũ denegatur. Vnde multo magis denegandũ ar-
bitror ipsi Hiero. ¶ Considero secũdo, ꝙ ad hoc, ut frater exclu-
dat sororẽ, statutũ requirit, ꝙ bona sint aut fraterna, aut auita,
8 aut paterna, aut materna. Sed arguẽdo a partib. remotis, † quod
est optimũ, & concludens argũ, ſm gl. in l. qui se patris, in uersi.
facultates. C. unde liberi. ostendo, ꝙ bona, de quibus agitur (re-
spectu Hieronymi) non possunt dici fraterna, nec auita, ut de se
patet, cum non agatur de hæreditate fratris, nec aui. Non ẽt pa-
terna, quia hic agitur de hæreditate Inidæ, primæ uxoris dicti Pe
tri Ant. cõis patris, & non de hæreditate ipsius patris. Nec dicat̃,
ꝙ Pet. Ant. pater successerit Inidæ in uxori rigore statuti de lu-
cris matrimonialibus, & successiue Hieronymus successerit pa-
tri uirtute prætensi statuti, quia istud est a ueritate alienũ, nam
statutũ de lucris matrimonialibus, non uult (extantibus filijs ex
uxore defuncta) maritũ succedere, nisi in usufructu. Vnde (cum
ex Inida prima uxore extet Ioannina unica filia) cõcludendum
est, ꝙ ex forma dicti statuti de lucris matrimonialibus sola Ioan-
nina debet matri succedere, & non Pet. Anto. maritus, & minus
Hiero. frater ex secundo matrimonio. ¶ Non ẽt dici põt mater-
na (ut prætenditur) plurib. rationibus. Primò, quia qualitas adie
9 cta uerbo, † debet intelligi ſm tp̃s uerbi, aut saltẽ ſm tp̃s, quo di-
spositio sumit effectũ, l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. l. Ti-
tius. ff. de testa. mil. tradit̃ per Bar. & scrib. in l. ex facto. ff. de vul.
& pup. Sed ista qualitas materna relata ad ipsum Hierony. nul-
lo tp̃e uerificari põt, cũ non sit filius Inidæ. de cuius hæreditate
agitur. ¶ Hinc dicunt Doctores per istam regulã, qđ filius Regis
natus ante coronationẽ, non debet succedere in Regno, tanq̃
primogenitus Regis, quia ista qualitas, filius Regis, nõ militat in
filio nato ante regnũ adeptũ, ſm Bal. in l. in suis, de libe. & posth.
ff. & in l. imperialis. §. his illud. C. de nup. Bar. in l. Senator. C. de
dig. li. 12. & illud ultra auctoritates, quas adducere possem, uidet̃
probari per tex. in c. Cenomanensem, 56. dist. ubi filij sacerdotis,
nati anteq̃ pater esset sacerdos, impropriè dñr filij sacerdotis, &
ita ẽt vř tenere gl. in c. iã itaq;, 1. q. 4. Sed sic est, ꝙ ista qualitas in
bonis maternis, i. ꝙ soror extantibus fratrib. non succedat in bo
nis maternis, relata ad ipsum Hiero. non uerificatur ullo unquã
tp̃e, ẽt tp̃e, quo dispõ sumit effectũ, & sic tp̃e successionis (quia
respectu ipsius Hiero. nati ex alia matre) bona dictæ Inidæ non
põt dici mřna, cũ ipsa Inida solũ gñauerit ipsam Ioanninã. Scdò,
10 quia una determinatio respiciẽs plura determinabilia, † debet
ea æqualiter determinare. l. iã hoc iure. ff. de vulg. & pup. dẽt er-
go hæc determinatio bonorũ maternorũ, respiciens fratrem, &
sororem, pariformiter ambos respicere, & ꝯñr requiritur, ꝙ am-
bo sint filij ipsius matris, de cuius bonis quæritur, sed ipse Hiero.
non est filius, ergo determinatio nõ refertur ad eũ. Tertiò, istud
11 nomen maternũ est correlatiuũ nomen, † ut de se patet, & no.
Ang. Inst. ad Orfi. in prin. sed respectu Hie. nati ex alia mře, nul-
lam in casu nostro põt correlationẽ facere, igit̃ &c. ¶ Et hęc nřa
consultatio clarior, & uerior apparebit ex responsionib. accõ-
modandis ad ꝯria. Non obstat itaque prima rõ, quod Hiero. sit
frater. Quia possũ rñdere ut s̃. dixi, ꝙ est frater impropriè, & ne-
gare, ꝙ de cõi usu loquendi dicatur frater. Nec obstat authori-
tas Fely. in dicto proœmio Grego. col. 3. quia rñdeo, ꝙ de cõi usu
loquendi in Ticinensi patria, non potuit diuinare. Fortè credẽ-
dum sibi esset, si q̃reretur de cõi usu loquendi Ferrariensis pa-
triæ, unde oriundus fuit, uel de communi usu loquendi in ciui-
tate Romana, ubi cum dignitate, & officio Auditoris Rotæ mo-
ram faciebat. Secus autem si de cõmuni usu loquendi alterius
regionis. c. 1. de const. lib. 6. Et traditur per Ioan. And. in c. funda
menta, de elect. lib. 6. Vel aliter, & uerius, concedo quod frater
germanus dicatur frater respectu patris, sed respectu matris (&
12 sic Inidæ) negatur aperto ore, † ipsum dici posse, uel nominari
fratrem, cum respectu matris sit penitus extraneus. ¶ Non etiã
obstat secunda ratio, quod statutum loquatur indistinctè de fra
tribus. Quia respondeo, quod lex quantumcunque generaliter
13 loquatur, debet tamen restringi per rationem ipsius legis, † cum
ultra terminos rationis lex non transgrediatur, nec sit extenden
da. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Ratio enim statuti, est
anima illud uiuificans. l. 2. cum glos. C. quæ sit lon. consue. Et ad
metas rationis lex coarctatur, ut per Pan. in c. fi. de rescrip. & per
Fely. in c. 1. in prin. de re iud. & in c. tua nos, de iureiu. Et non so-
lum statutum coarctatur ad terminos rationis expresse, sed etiã
coniecturatæ. c. suggestum, & ibi no. de appel. Ex ratione autem
dicti statuti, ut bona conseruentur in agnatione masculorum il
lius, de cuius bonis agitur, & ex alijs, s̃. adductis pro Ioannina, sa-
tis constat statutum restringendum ad fratres respectiuè, idest
ad fratres, qui respectu eius (de cuius successione tractatur) dñr
fratres, & non generaliter ad quoscunq; fratres. ¶ Non etiã ob-
stat tertia ratio, ꝙ statuta sint stricti iuris, & sterilia tãquam mu-
læ, non recipiẽtia interpretationẽ. Quia & si sterilia sint, tñ reci
piũt interpretationẽ per punctũ rõnis, a qua regulant̃, ut patet
ex supra deductis. Et firmat Bal. in c. 1. de consti. & in auct. ingres
si, col. 1. C. de sac. san. eccle. & do. meus in l. 1. col. 3. C. de succes.
ędi. Quinimo statuta, quamquam strictissimè sint interpretãda,
interpretanda tñ sunt non solum declaratiua interpretatione,
14 † sed extensiua, restrictiua, & correctiua, ut latè per Bar. in l. om-
nes populi, ff. de iust. & iure. per Pet. de Anch. in c. canonum sta-
tuta, de consti per Alb. & Bal. in tract. statutorum. Nec est incon
ueniens, quòd quælibet lex, quantuncunque odiosa, uel fauora-
bilis, interpretationẽ admittat. Nam & priuilegia, quæ sunt stri-
15 cti iuris, † & Principum beneficia, quæ fauorabilia sunt, patiun-
tur interpretationem, l. fi. ubi latè Mod. ff. de const. Prin. & latissi
mè Fely. in c. causam, quæ col. 8. & plurib. seq. de rescri. Similiter
& rescripta ad lites, quamquam odiosa, non reijciunt interpreta
tionem, d. c. causam, quæ & c. cum dilecta, eo. tit. Similiter testan
16 tium eulogia, † uerisimilem, & uitam restrictionem, non abij-
17 ciunt, l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. Sed ædicta Prætoris, † ra
tionabili acquiescunt interpretationi, l. ab hoĩbus, ff. ex quibus
cau. ma. Idem faciunt plebiscita, l. non quemadmodum, §. 1. ff.
ad leg. Aquil. Idem Senatusconsulta, l. item si filius, §. si mutui, &
l. filium, ff. ad Macedo. & l. si filius, C. eo. ti. idem Responsa prudẽ-
tum, l. dicere, §. 1. ff. de arb. Idem Principum placita, l. ex facto, ff.
18 de vulg & pup. l. fin. C. de eden. Sed & consuetudo † restringitur
a ratione, quæ eam induxit, & ab illa ratione ampliatur ad simi-
lia, l. 2. C. quæ sit lon. consue. l. 1. C. de emanci. lib. l. de quibus, &
ibi latè habetur, ff. de legi. Cur igitur statuta non interpretabun
tur? Non etiam aduersatur quarta ratio, quòd statuta sint intel-
ligenda ad literam, & prout litera sonat, ut cauetur in calce uo-
luminis statutorũ. Quia statutum disponens, quòd uerba intel-
19 ligantur ad literam, non remouet † interpretationes legitimas,
sed solum friuolas, secundum Bar. in l. omnes populi, in 6. q. prin.
ff. de iusti. & iure. & ibi lat. sequitur Bal. in l. quamuis, & ibi etiam
lat. C. de impu. & idem lat. in l. iam hoc iure, ff. de vulga. & pupil.
& l. quamuis. ff. de in ius uoc. & in l. fin. C. de succes. ędicto. Alex.
in l. prima, ff. si certum petatur, & consilio 50. & consilio 80. col.
4. lib. 1. & consi. 113. col. 2. & pe. lib. 3. Pan. in proœmio Grego.
& ibi Fel. col. 4. Pau. de Castr. consi. 194. Aret. consilio 109. Barb.
consi. 39. col. 2. & consi. 21. colum. 11. lib. 1. & consi. 7. colum. 13.
20 lib. 2. & alibi sępe. Faciunt, quæ dicuntur de clausula, † appella-
tione remota, per quam censetur solum remota friuola appella-
tio, l. prima, ff. a quibus appel. non lic. ubi Bar. idem dicit de clau-
sula, nulla exceptione obstante. pro quo est tex. in c. ex parte, ibi
latè Fly. de offic. delega. & traditur per Alexan. consi. 133. super
quęsitis, colum. 2. & sequen. lib. 5. & aliquid Fely. in c. si quando,
de rescrip. & c. causam, quæ col. 7. eo. tit. & in c. cum dilecta, col.
17. eod. titu. ¶ Non denique obstat ultima ratio, quod statutum
sit clarum, dum se declarando dicit, & intelligatur de fratribus
etiam ex parte patris tantum, quia respondeo, quod si uelimus
ad hærere solum uerbis literæ (prout faciunt Iudæi) fortè uidebi
tur clarum statutum contra Ioanninam; sed si uelimus conside
rare mentem, & rationem statuti, quæ magis est attendenda,
21 quàm uerba, † quæ debent intentioni deseruire, & non econtra,
cap. 2. requiris, de appellationibus, l. cum uirum, C. de fideicom.
l. si quis a filio, & l. penult. ff. de lega. 1. absit enim, quod uerbo-
rum uis tantum ualeat, quòd melior sensus existat, l. 3. de libe.
præte. nam sub iugo mentis consistunt uerba tanquam sub suo
proprio originali. Est enim mens, radix uerborum, tanquam pri-
ma substantia, teste Bal. in cap. mandatum col. 1. de rescrip. maxi
mè in statutis, quorum ratio ante omnia est inquirenda, secun-
dum Bal. in l. si quis seruo persuaserit, col. fi. C. de furtis. apparebit
euidenter, quòd illa uerba, de fratribus ex parte patris, intelligen
da sunt quando agitur de hæreditate patris, ut patet ex funda-
mentis supra factis pro Ioannina. Et maximè ex ratione præall.
ut bona conseruentur in agnatione illius, de cuius hęreditate
agitur. quæ ratio non militat in fratribus ex parte patris tantum
coniunctis, nisi quando agitur de hęreditate ipsius patris: secus
quando tractatur de hæreditate matris, prout in casu præsenti.
Quod multis alijs fundamentis ostenditur. ¶ Primò, dictum sta-
tutum est correctorium iuris communis, uidelicet Senatuscon-
sulti Orficiani, & d. l. maximum uitium, ergo ita interpretãdum
22 est, ut minus corrigat, † quàm sit possibile, c. cum dilectus, de con
suet. l. si serui uestri, cum gl. C. de nox. intelligendo autem statu-
tum, qñ agitur de hęreditate cõis patris tñ, minus corrigitur ius
cõe, ergo talis interpretatio capiẽda est. Sunt enim statuta ꝯfor-
23 manda iuri, & æquitati, q̃uis uerba non patiantur, d. c. cum dile-
ctus, & ibi not. Pan. & Ias. in l. q̃q̃, C. de testa. mili. Conformemus
igitur istud statutum cum ratione, & æquitate, ut non intelligat̃
excludere sororem a luctuosa matris hæreditate fauore fratris
ex parte patris tantum, cum respectu matris non dicatur frater.
Est n. huiusmodi statutũ rigorosum, ſm Bal. in auct. res quæ, col.
pen. C. cõia de leg. Item est odiosum, ſm Bal. in l. certum. in 1. no.
C. unde cog. ergo restringendum, reg. odia, de reg. iu. lib. 6. Immo
fortius, ad quid laboramus tantum circa interpretationem dicti
statuti, cũ s̃. cõclusum sit, quòd ipse Hieronymus respectu ipsius
Inidæ, de cuius bonis agitur, non possit aliquo modo dici frater.

24 ¶ Secundò probatur sic, vnum statutum, et posterius, †declarat
aliud, l. sed & posteriores, ff. de leg. firmat Bal. in c. j. de præscr. &
in l. omnes populi, circa fi. ff. de iust. & iu. & Ias. in l. truncum, in gl.
2. ff. de ver obl. & in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, in j. not.
ff. de edē. Modo post dictum statutum sequitur statutum de lu-
cris matrimonialibus, quo cauetur, ꝙ mortua vxore filij nati ex
ea illi succedant, vsufructu marito reseruato. Si modo dixeri-
mus, ꝙ fratres nascituri ex secūda uxore, dērent succedere, opor
tet, ꝙ interim hæreditas nō deferatur filiabus natis ex uxore de
functa, sed staret in suspenso, qđ esse non potest. l. hæreditas ex
die, ff. de hær. inst. & re vera iste casus non hēt probabilem dubi-
tationem. Præterea si rectè aduertatur, si frater ex parte patris
tm̄ excluderet sororem ex prima vxore natam qñ de eius succes
sione agitur, certè primū statutum corrigeret ſm: nam primū
sororem excludit stante fratre, ſm verò admittit filium natum
ex matre, usufructu marito reseruato, sed Ioanina est filia nata
ex matre, quæ nullo iure a fratre non nato ex muliere, de cuius
successione agitur, excludi pōt, meritò statutum præferens fra-
trem ex parte patris tm̄, intelligitur qū de patris hæreditate tra-
ctatur, vt ꝯrietas euitetur, ſm Barto. in d. l. oēs populi, in 3. q. 6. q.
prin. & in extrava. ad reprimendū, in verb. non obstante, & in l.
sanctio legum, ff. de pœn. Io. And. in c. cum expediat, de elec. in 6.
& Bal. in l. pe. in fi. C. per quas perso. no. acq. & in l. executorem,
C. de execu. rei iud. nec erō ēt ordinis admittit, vt primum statu-
tum corrigat ſm, sed vt nouissimum corrigat antiquum, l. pacta
nouissima, C. de pac. & correctio est euitanda d. c. cum expediat
& l. vnica, C. de inoff. dot. & qđ non reperitur correctū. stare nō
prohibetur, l. pcipimus, C. de app. l. sancimus, C. de test. & verissi
25 ma est conclusio, ꝙ statuta restringenda sunt† p aliud statutū,
vt ꝯrietas euitetur, & ita distinguendo, ut s. dixi, vtrunq; seruabi
tur statutum in casu suo, & ꝯrietas euitabit̄, ergo hmōi interpre
tatio capienda est, §. j. & §. quibus, in j. const. Cod. & maximè cū
ita intelligendo id seruetur, ꝙ est iustius, & æquius: nam iustius,
& æquius est, filiam potius debere succedere matri suæ, ꝗ Hiero
nymum, qui respectu dotis maternæ extraneus penitus hr̄, d. l.
maximum uitium, C. de lib. præt. Nam oīs interpretatio æquita
tem desiderat, l. in his, ff. de cond. & dem. Bal. in l. cum allegas, ad
fi, C. de usur. & in auct. ad hæc, eo. tit. Tertio, ꝙ illa uerba, ex par-
te patris tantum, sint intelligenda qñ agitur de hæreditare cōis
patris, & non qñ disputatur de hæreditate primæ vxoris, probat
clarissimè ex uerbis præcedentibus, & sequentibus, iuxta tex. in
l. si seruus plurium §. fi. ff. de leg. j. In primis pondero uerba rub.
quæ sunt negatiua, & consequenter priuatiua, videlicet, mulie-
res non veniant ad successionē cum fratribus. Ex istis verbis col-
ligitur, intentionem statuentium fuisse denegare successionem
sororibus eo casu, quo fratres simul cū sororibus succedere po-
26 terant. Illa n. dictio monosyllaba, † cum, est coniunctiua, & actū
simultaneum requirit, l. si mulieri, ff. de vsuf. accresc. traditur per
Bar. in l. Gallus, §. j. ff. de lib. & posth. Bal. in rub. C. de inst. & in l.
j. §. ubi autem, C. de cadu. toll. ¶ Item pondero illa verba posita
in nigro, non faciant partem cū fratribus, quæ priuant sorores
successione eo casu, quo fratres faciebant partem cum sororib.
Et clarius istud pbat ex illis verbis, Pro rata sibi cōtingente. Sed
Hieronymus est frater ex parte pr̄is tm̄, ergo non pōt dici, ꝙ fa-
27 ciat partem, † qa de iure non admittitur ad partem, l. si duob. in
prin. & §. fi. & l. hmōi. §. si Titio, ff. de leg. j. Item non pōt dici, ꝙ
Ioannina priuetur parte, & portione sibi cōtingente, cū nō sit,
qui unq̄ cum ea partem fecerit, cum priuatio præsupponat ha-
bitum. l. decem, de uerb. obl. c. ad dissoluendum, de despon. im-
pub. sed in præsenti casu ista verba, non veniant ad successionē,
& non faciant partem cum fratribus, non pnt esse priuatiua, qa
de iure cōpertum non habeo, ꝙ frater ex diuersa matre exclu-
dat sororem a dote matris ipsius sororis, qa filia succedit matri,
tot tit. ad Orfici. ut s. probaui, & sic aliàs ipsa soror non veniebat
cum fratre, sed in totum succedebat. Ergo restat concludendū,
ꝙ statutum non procedat in casu nr̄o, qa verba nō ꝯueniunt, l.
4. §. toties, ff. de dā. inf. & l. qđ cōstitutū, de test. mili. sequit̄ er de-
claratio illorū verborū, de fratribus ex parte pr̄is tm̄, ut effectū
habeant, qñ agitur de hæreditare patris, quo casu soror faciebat
partem fratri, & eꝯ. Nec quispiā dicat, ꝙ ex quo Pe. Antonius pr̄
ipsius Ioanninæ, simpliciter eā dotauit post mortē dictæ Inidæ
matris suæ, ꝙ uī potius eā dotasse de bonis matris, & sic de dote
materna, quā nunc petit ipsa Ioannina, ꝗ de proprio pr̄imonio
ipsius Petri Antonij, quia in ꝯrium habemus casum in l. fi. C. de
dot. promis. vbi est casus in fortioribus terminis, ꝙ etiam si pa-
28 ter dicat se dotare de bonis suis, † & maternis, ꝙ tamen adhuc so
lum intelligitur de suo proprio dotare, qđ latè comprobat, & se
quitur Ias. in §. fuerat, Inst. de act. plus ēt p illum tex. cōsuluerūt
Doct. Perusini, ꝙ ēt si pr̄ daret mille in dotē filiæ computato oī
eo, ꝙ habere posset tam in bonis pr̄is, ꝗ in bonis matris, ꝙ etiā
istis uerbis non obstantibus, poterit filia petere, ac consequi hæ
reditatem maternam, quos sequitur, & refert Bal. Nouellus Pe-
rusinus in trac. de dote, in 6. parte, in 6. priu. licèt Ias. in l. j. solu.
matr. ff. dicat se de hoc ultimo dubitare.

RESPONSVM VI.

MAter In luctuosa filij hæreditate præfertur amitæ, religionem professæ, etiam, quòd consanguinei paterni (secundum legem municipalem) matrem excludant, modò alia lege caueatur, quòd religiosi ab intestato non succedant, vel quòd religiosi non gaudeant beneficio statutorum, nec enim libertati ecclesiasticæ aduersantur statuentes, qui statutorum suorum beneficia clericis conferre recusant.

SVMMARIVM.

1 *Amita dicitur consanguinea paterna.*
2 *Statuta prohibentia, ne religiosi succedant, non ualent.*
3 *Laici beneficia suorum statutorum denegare possunt clericis, licèt aliquid in eorum præiudicium statuere non possint.*
4 *Clerici agentes in foro seculari, tenentur seruare statuta laicorum.*
5 *Statuti alicuius uti beneficio uolentes clerici, pati debent censuram alterius.*
6 *Priuilegium referens se ad alia priuilegia, non probat, si non constet de relato.*
7 *Monachatus non facit perdere originem.*
8 *Ratio amplíat dispositionem, etiam ad casum comprehensum.*
9 *Statuti clericorum beneficia, clericis incolis ratione onerum spiritualium concessa creduntur.*

Respon. interpreta.

TRes Præsupponuntur constitutiones municipales, quarum vna cauetur, quòd mortuo filio sine de
scendentibus, & absque fratre, vel auo, & absque fra-
tre, uel filio fratris mater succedat in tertia parte, in re-
liquo uerò succedant consanguinei paterni. Alia verò disponi-
tur, quod clerici, siue religiosi, non gaudeant beneficio statuto
rum, nisi Episcopus obseruauerit modum ipsorum statutorum
in foro suo, & eodem modo ius reddat laicis. Tertia uero dictat
quòd dedicati, uel professi aliquam regulam, non succedant ab
intestato. Contingit, quòd decessit Titius relicta matre, & ami-
ta professa in religione diui Franc. Dubitatur, an hæc amita ex-
cludat matrem a duabus partibus, stante prima constitutione
de qua supra: Et super hoc consilium quæritur. ¶ Visis præmis
sis statutis, & eorum uerbis maturè consideratis, prima facie cō
tra matrem respondendum uidebatur ex eo, quia amita dicitur
1 consanguinea paterna, † cum sit soror patris, §. tertio autem gra
du. Institu. de gradi. Soror enim omnia iura consanguinitatis
verè obtinet. §. nec ideo Inst. de leg. agn. succes. Quinimò soror
uterina potest dici consanguinea, secundum Ioan. And. in rub.
de consang. & affi. ¶ Vnde cum verba statuti conueniant in capi
te admissiuo, consequens est, quod conueniat dispositio, l. 4. §.
toties, ff. de dam. infec. l. quod constitutum, ff. de testa. mil. Nec
ob. si dicatur, quod hæc amita cum sit professa, non debet gau-
dere beneficio statutorum, nec ab intestato succedere, iuxta te-
norem aliarum duarum constitutionum, de quibus in themate.
te. Quia prædictæ duę constitutiones sunt ipso iure nullæ, & in-
ualidæ tanquam contra libertatem ecclesiasticam, auth. cassa,
& irrita. C. de sacros. eccl. Et ꝙ statuta prohibentia, ne religiosæ
2 succedant, † non ualeant, firmat in specie Bart. in l. fi. C. de pac.
distinguendo an per uerba preteriti temporis, an per uerba pre
sentis temporis, statutum excludat religiosas personas: nam si
per uerba præteriti temporis loquatur, uult Bar. statutum non
ualere. Cum igitur præmissæ constitutiones loquantur per uer-
ba preteriti temporis, certè non ualebunt. Imò communis opini.
est, quod etiam non ualeant, si loquatur per uerba præsentis tē
poris secundum d. Alex consi. 139. uiso themate, lib. 2. & idem
attestatur dominus meus in d. l. fi. per tex. in l. Deo nobis, C. de
episc. & cler. & per plura alia, quæ uideri possunt. Vnde uidetur
ꝙ amita professa possit acceptare statuta laicorum, quatenus
pro se faciunt, cætera autem præiudicium afferentia reprobare,
c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. c. benequidem. 96. dist. tradi
tur per Pau. de Cast. post Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.
& in cons. 304. primum dubium, in j. parte, in prin. ¶ Prædictis
non obst. Christi, eiusque genitricis, diuorumque Sixti, & Augu
stini, Patronorum meorum inuocato præsidio, ꝯrā amplector
sententiam uti ueriorem. Pro cuius declaratione pmitto, ꝙ mater ex
cludit de iure cōi amitā in luctuosa hæreditate filij, auth. defun-
cto, C. ad Tert. & Inst. eo. §. j. Hoc sic præmisso, dico, quòd mater
debet etiam hoc loco excludere amitam, non obst. primo statu
to, cuius beneficio amita uti non potest triplici ratione. ¶ Pri-
mò, quia ex forma secundæ constitutionis, professæ prohiben-
tur uti beneficio statutorum. Et licèt laici non possint statue-
re in præiudicium religiosorum, d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, pos-
3 sunt tamen denegare religiosis † beneficia suorum statutorum
ut est tex. in l. si quis curialis. ibi, prodesse non patimur, C. de epi
sco. & cle. & ibi Bal. & Ful. ex illo tex. Et idem dicit Pau. de Cast.
post Bald. & alios in d. authen. cassa, quod ualet statutum laico-

tum, disponens ꝙ clerici non gaudeant beneficio statutorum,
nisi ipsi in sua curia eadem statuta seruauerint. Sequitur dom.
meus Ias. in l. de quibus, col. 3. ff. de legi. & Fel. in d. c. ecclesia san-
ctæ Mariæ, ubi alias adducit auctoritates. Nec ista constitutio di-
citur contra libertatem ecclesiasticam, ex quo non aufert reli-
giosis aliquid, quod sibi competat de iure communi, uel ex spe-
ciali priuilegio, ut declarat Bal. in d. l. de quibus, uersi. secundo quę-
ritur, & Dec. consi. 114. col. 2. suū. n. denegat auxilium, nō eu um
tollit, ut no. in l. assiduis, C. qui pot. in pig. hab. Et si forte dicatur,
quòd prædicta constitutio, denegans religiosis beneficia statu-
torum, intelligenda ueniat respectu ordinis procedendi, ponde-
rando uerba rub. qualiter debeat reddi ratio clericis forensib. &
illud uerbum, modum statutorum, &c. Respondeo, ꝙ illa verba,
qualiter debeat reddi ratio, tam ad modum procedendi, quam
diffiniendi, adaptātur, l. ius pluribus, ibi, prætor quoque ius red-
dere dicitur, cum inique decernit, & l. iustitia. ff. de iustit. & iu. &
Inst. eo. §. iuris præcepta. Quinimò talis constitutio ad modū dif
finiendi solum referenda est, aliás superuacua foret & inutilis;
quia respectu ordinis procedendi clerici agentes in foro secula-
4 ri, † tenentur seruare statuta laicorum, secundum gl. *cōiter* appro-
batam in c. quod clerici, de fo. compe. ubi Pan. & alij latè. & Ge-
mi. consi. 73. col. 1. ubi ampliat, etiam quo ad pœnam contuma-
ciæ, quia talis pœna respicit litis ordinatoria, nō decisoria. ¶ Se-
5 cundo, quia clerici volentes uti beneficio alicuius statuti, † de-
bent pati censuram alterius, secundū Bal. in l. omni, C. de sacros.
eccl. ubi signanter determinat, Laicū posse opponere exceptio-
nem præscriptionis, prouenientem ex forma unius statuti con-
ciales, siue talis constitutio dicatur actus iudicialis, quod est
falsum, siue extraiudicialis, prout est. Cum igitur ipsa possit
3 esse procuratrix omni casu, nihil obstat regula. Cle. † religio-
sus, allegata in oppositum, quia non militat. Secundo respon-
deo, ꝙ mulier parte nõ opponẽte pôt esse vt procuratrix i iu-
dicio, ſcdm gl. in l. ita demum, C. de proc. si ergo antequã fue-
rit oppositum substituat, valebit substitutio nõ obstante reg.
cle. religiosus, ſcdm Sal. in l. qđ qs, col. 3. in 3. q. C. de ꝓc. sed an-
quã fuerit opposítũ. ꝙ mulier non pôt cõstitui procuratrix,
ipsa deputauit officiales, ergo &c. Tertio respondeo, ꝙ procu
ratrix deputans officiales nomine sui principalis, non dr̃ sub-
stituere aliũ loco sui, vt loquit̃ reg. ꝯria. sed ipsamet madatum
& actũ sibi iniunctũ exequit̃, vnde ineptè adducit reg. d. cl. ita
Doc. Bar. & Mod. in l. i. §. itẽ acquirimus, ff. de acq. poss. sed credo
ꝙ Do. aduocatus aduersãtiũ velit dicere, ꝙ sicut de iure cõi
mulier nõ pôt iudicare, d. §. non autẽ, ita non debeat posse ꝯ-
stitui procuratrix ad deputandũ officiales. Sed pro certo ista
non est parissima consequentia, nec eã probauit aliquo iure.
& contrariũ ostendit euidẽter, nã vt aiunt Dialectici, ad tollẽ-
dum cõsequentiã sufficit dare instantiã, ſcdm gl. in c. sicut vr-
geri, 1. q. 1. & l. si vẽtri, ff. de priui. cred. probat̃ in §. pauonũ. Insti.
de rer. diui. do aũt instãtiã: mulier de iure cõi habẽs iurisdictio
nẽ non pôt iudicare, d. l. fœminę. & tñ nullus dicit, ꝙ no possit
deputare officiales, qui habent ius dicere inter subditos: quia
istud ius dandi iudices cõpetit rõne iurisdictionis, quam ha-
bet, l. i. de offi. eius. l. imperium, & ibi no. ff. de iur. omni. iud. si-
militer Episcopi, & cæteri Ecclesiastici habẽtes iurisdictionẽ
merã & mixtũ imperiũ, nõ possunt iudicare in causa sangui-
nis, c. sñiam sanguinis, ne clerici, vel mona. & tñ possunt de-
putare alios iudices laicos, qui iudicant, c. si. ne cle. vel mon. li.
6. sed etiã assumptum nõ est verũ, quia d. Antonetta cũ sit cla
rissima, & ꝓcellens, possit etiã iudicare ſtãre ꝯsuetudine gñali
in partibus Gallicanis, d. c. dilecti. de arb. cum sim. Ex istis pu-
to clarissimè resoluta oĩa, quę ꝯ personã d. Antonettæ oppo-
sita fuere. Superest vt dissoluantur, quæ ꝯ instrm̃ mandati de-
ducunt̃. dr̃. n. instrã exhibita nullã fidẽ facere, quia nõ ꝯstat il-
lũ, q dr̃ rogatus de dictis instr̃is, fore notariũ: dẽt. n. ꝓducẽs in
strm̃ fidẽ facere, ꝙ is qui cõfecit instrm̃ sit notarius, si pars ne
get, ſcdm Spec. de instr. edẽ. § restat. ver. sed qđ si producit̃. ma
ximè si instrm̃ sit cõfectũ in longinquis, vt in casu isto, in quo
instrm̃ editũ fuit in Anglia remotissima ab iis nr̃is regionib9,
ſcdm Spe. ibi, & ver. & scias, & in ver. illud. & Ale. consi. 166. in
fo pũcto, li. 2. qa rñdeo, ꝙ prædicta ꝓcedũt, nisi ꝓducẽs instrm̃
4 sit psona † legalis, bonę famæ, & existimationis nã tũc attẽta
qualitate personæ, quę non pręsumitur velle uti falso instr̃o,
ſcdm Azo. in Sum. de fid. instru. & pro hoc bene facit dictum
Inn. in c. illud. de p̃sumpt. & quæ late scribit Fel. in c. sup iis. col.
pe. & ſt. de accusa. vbi enumerat multa specialia ꝯ ius cõcessa
ratione bonę famę & integræ vitę. & licèt alij contradicãt, tñ
opinio Azo. concurrẽtibus alijs indicijs, ex quibus iustificari
posſit veritas instr̃i, verissima est, & a iudicibus amplectẽda. q̃
n. singula non prosunt, collecta simul iuuant, ff. de excu. tut.
l. 2. §. fi. & l. i. ꝓ dotẽ. §. qui iura multa, eo. tit. vltra cõiecturam
elicitã ex bona fama, & dignitate, & excellentia Magn. d. An
tonettę, veritas mãdati iustificat̃ ex sigillo ipsius d. de Carũbo
quo sigillatum reperit̃ dictum instrm̃. cui sigillo ẽt apposito
in priuata scriptura standum est, c. peruenit, de fideiuss. c. post
cessionem, vbi gl. & Doc. de prob. si ergo solũ sigillum opera
tur, ꝙ credendũ sit dictæ scripturę, calumniosa erit exceptio, ꝙ
nõ cõstat ꝙ rogatus de instr. sit tabellio, eo maximè, qa dato
ꝙ non esset tabellio mandatũ per ipsum scriptũ, sigillo dñi si
gillatũ liquido probatur, d. c. post cessionẽ. accedat tertia ꝯie-
ctura, ꝙ ẽ subscriptũ manu principalis, cui subscriptioni stan
dũ est perinde ac si essent literæ ipsius dñi; nã virtualiter tñ
operat̃ subscriptio, q̃tum si totũ esset scriptũ manu subscri-
bẽtis l. emptor. §. Lucius, vbi Bar. ff. de pa. latè p Alex. in l. si ita
stipulatus, la 2. § Grisogonus, col. 2. ff. de ver. ob. Sicut ergo li-
teris dñi, maximè sigillatis suo sigillo, probat̃ mandatũ, sicut
p instr̃a publica, l. si ꝓcuratorẽ, ff. de ꝓcu. clc. 1. ibi, in l̃ris, vel li
teris, & ibi gl. de ꝓcura. ita fortius ꝓbabit̃ p instrm̃ subscriptũ.
& sigillatũ manu, & sigillo principalis. nec obstat, ꝙ non fuo-
rit comprobatũ, ꝙ ille sit notarius: quia similibus ꝓmulis ꝯie
cturis, & indicijs sufficiẽtibus ad ꝓbandũ ipsum mandatũ, de
quo q̃rit̃, dico, ꝙ frustratoria esset ꝓbatio, ꝙ ille esset notarius
& frustratoriæ probationes nõ sunt faciẽdę, c. 2. de ꝓba. l. hæc
stipulatio, §. diuus, ff. vt leg. no. cau. & si subscriptio, & sigillũ
5 probant † mandatum, multomagis si exhibeatur signũ tabel
lionatus, & instrumentum in publica forma confectum, nõ
abolitum, non vitiatum, nec in vlla sui parte suspectum, l. fin.
de edic. Diui Adria. tol. cum similibus.

RESPON. III.

LIcèt cõfessio procuratoris generalis in contentio
sa iurisdictione dño præiudicet, cũ ex vi con-
tentiosæ iurisdictionis rñdere cogat, secus est in uolũ
taria iurisdictione. Ideo ſm ea, q̃ proponuntur, cõfes-
sio procuratoris gñalis dño nõ præiudicat. & licèt obesset, ni-
hilominus missio in possess. ex primo decreto nullo iure fieri
potuit, cũ sp in iudicio personaliter contendente se nullo iu-
re teneri exhibere, præsertim cum noviter successerit proba
biliter, iureque potuit allegare se ignorare instrumẽta, de q-
bus agit̃, & ipsius iur̃o pñs ꝯtrouersia terminabit̃, ac dirimet̃.

SVMMARIVM.

1 *Confessi9 procuratoris generalis in iurisdictione voluntaria domino non præiudicat, secus in contentiosa.*
2 *Vbicunque respondens addit, vel detrahit interrogationi, additio dicitur diuersa dispositio.*
3 *Confessio procuratoris in vno iudicio, non præiudicat in alio.*
4 *Missio ex primo decreto procedit, quando conuentus contumaciter latitat.*
5 *In actione ad exhibẽdum, non fit missio rei petitę, sed tantum pro interesse.*

Respon. Interpreta.

COnsideratis his, Quæ in themate oretenus mihi recitata sunt,
prima facie visum fuit, ꝙ ꝯfessio ꝓcuratoris gñalis
habuerit p̃iudicare dño, & ꝯñter, ꝙ stãte ꝯfessione
p̃dicta principalis teneat̃ edere dictũ instrm̃, ẽt ad intentionẽ
sibi fundãdam, vt est casus in l. ne quisquam, ff. de edẽ. qđ aũt
p̃iudicauerit non vngẽdo, sed ad radicẽ eius descendẽdo, pro
bat ex distinctione Bar. in materia, i l. certũ, §. sed an ipsos, ff. d
ꝯfess. quã formaliter sequit̃ Pan. in c. 1. vt lite non ꝯtest. distin
guit. n. verũ confessio ꝓcu. gñalis p̃iudicet dño: aut ꝓcurator
1 gñalis voluntariè † cõfitet̃, & tunc nõ p̃iudicat; aut p viã ꝯtẽ-
tiosæ iurisdictionis, puta rñdendo positionibus, uel articulis,
& tũc qa inuitus tenet̃ rñdere, p̃iudicat, maximè. qa illa inclu
dunt̃ in mandato generali. & istam opinionẽ sequũtur cõiter
Doct. vbiq;. & Ale. cõsi. 96. col. 3. in prin. vol. 2. Cap. consi. 21.
col. 4. in fi. Cor. consi. 19. in fin. vol. 2. & 144. & 175. vol. 4. & in
istis terminis vr̃ esse præsens confessio, qa interrogatus a iudi
ce procurator confessus fuit. tenet̃. n. vi iurisdictionis cõten-
tiosæ interrogatus a iudice rñdere, ſm gl. in c. i. de iud. gl. Pan.
& alij in c. pe. de iuramen. calũ. l. vbicunq;, ff. de interro. actio.
¶ Contrariũ (si vera sunt, quæ in facto præsupponunt̃) credo
verius. dr̃. n. ꝙ iudex interrogauit ꝓcuratorẽ, verũ haberet in
strm̃ ꝓcuræ penes se, & iussit vt cũ iur̃o rñderet. Ipse vero ꝓ
curator rñdit, ꝙ penes se nõ hẽbat, sed erat penes principalẽ
in vrbe. hoc sic p̃supposito, elicio, ꝙ inquãtũ cõfessus fuit, ꝙ
erat penes principalẽ, talis ꝯfessio dr̃ spontè, & voluntariè fa-
cta, ergo cõis distinctio, & theorica s allegata probat, ꝙ talis
ꝯfessio nõ dẽt præiudicare. ꝙ aũt facta sit confessio volunta-
riè, quantũ sit ꝙ instrumentum sit penes principalem, ꝓbo
2 inevitabiliter. vbicunque respondens † addit, uel detrahit in
terrogationi,

terrogationi, additio dr̃ penitus diuersa dispõ, l. i. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. vbi Moderni addũt infinita. inquantum ergo procurator in responsione sua addidit, qđ instrm erat penes principalẽ, dr̃ vltra interrogationem r̃ndisse. ergo fuit r̃nsio uoluntaria, & ꝯñt non præiudicabit. facit, qa testis, qui deponit extra articulos, nihil probat pro, nec cõtra: quia de iis, quę sunt extra articulos, nõ reperitur interrogatus, nec iuratus, vt not. in l. si duos, §. idem Iulianus, ff. de iureiur. & alibi sæpe. Secundo ex alio nõ vr̃ præiudicare: quia cõfessio pro
3 curatoris † in vno iudicio, nõ præiudicat in alio, scđm Spec. in tit. de confes. §. nũc videndum. Felv. in d. c. i. in prin. col. pen. vt lite nõ cõcest. sed, vt intelligo, cõfessio fuit facta in iudicio rei vẽdicationis, & nũc deducitur in iuditio editiõis diuerso a iudicio reali, ẽ. n. actio ad exhibendũ penitus diuersalis, ab actione rei vendicationis, ut de se patet ex una. n. ẽ ꝑsonalis. l. 3. §. ẽ aũt personalis hæc actio, ff. ad exhiben. altera realis: ergo &c. Circa scđm, posito ꝙ p̃iudicaret, dico non esse fiendam missionẽ in possessionẽ rei petitæ ex pluribus. Primo, missio ex
4 primo decreto fit, qñ ꝯuentus † cõtumaciter abest, l. si finita, §. Iulianus, ff. de dam. infe. c. qm̃ frequẽter, § fi. ut lit. nõ cõtest. cũ simi. & in casu nostro hæres principalis nõ latitat, imo ꝯtẽdit in iudicio se nõ teneri: ergo nõ fit missio, sed formãda erit snĩa, an teneaẽ. & quidẽ necessario in eius fauorẽ, stantibus præallegatis. & ẽt quia hæres qui nouiter successit poterit probabiliter allegare nõ inuenisse instrm in hęreditate: attẽto, ꝙ principalis, apud quẽ (vt dicitur) erat, decessit in partibus remotis ab vrbe: vnde stabit iuso suo, donec probetur ꝯ risũ, ut per Ias. in l. fi. §. licentia, C. de iure delib. Et maximè si dicat, non inuenisse nisi talia, & talia, & nõ vltra, iuxta glo. vulgarẽ in l. cũ de lege, ff. de probat. & eo maximè, qa perditio instrumentorum, subsistenre præcipuè legiuma cõiectura (vt in casu occurrẽti) probatur iuramẽto, l. fi. C. de fide instru. Postremo in omnẽ euentũ dico, ꝙ iudex ẽt si cõtumaciter abesser reus ꝯuentus ad exhibendũ, quod tñ nõ est fienda missio in possessionẽ rei petitæ, sed solũ missio in possessionẽ ꝓ quãtitate interesse, ſm Spec. in tit. de primo & secundo decreto, §. restat. vers. qđ si agaẽ ad exhibendũ. & qa actio est ꝑsonalis, & interesse non est liquidũ, nõ video pro quanta summa deberet fieri missio, & posito, ꝙ interesse esset liquidũ, tñ missio prius esser facienda in rebus mobilibus, &c. d. c. qm̃ frequenter, §. fi. cũ simi. vt declarat Spe. in d. §. restat. ver. i. Et istud vltimum volui dixisse non pro exigentia rei, sed vt tollatur omnis ambiguitas de cordibus volentium malignari.

¶. Quod metus causa.

RESPONSVM I.

SVmme aduertendum est in re suspitioni subiecta, an testis diues, pauperve fuerit, & an parte non citata deponat: nam huiusmodi testis in causa matrimoniali nullam fidem facit. Et ideo quæstio metus gesti in matrimonio de quo contendit, per productos testes probata nõ fuit, cum matrimonium plenam & indubitatam exigat fidem, metusq; ẽt purgatus dicitur, tam per contractum matrimonij spontè celebrati, quàm per dotem parẽtum subsequutam, ac petitam, secundum ea, quę proponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Testis pauper, & uerisimilia nõ deponẽs, non dicitur omni excepione maior*
2 *Testis simpliciter de auditu deponens, non ẽt de uisu, nullam fidẽ præstat.*
3 *Testis parte non citata deponens, nihil probat.*
3 *Ad probationem metus, legitima probatio requiritur.*
5 *Metus purgatus dicitur, si matrimonium sponte celebretur, & dos a parentibus constituatur.*
6 *Qui uult consequens, censetur velle omne necessarium antecedens.*

Respon. Interpteta.

PLacet consultatio dom. Alciati, compatris mei honorandissimi, eleganter, copiose, & iuridicè, ac obsolutè facta. In primis placet conclusio, quod non sit probatus metus per testes in causa examinatos ꝑ fundamenta, & rationes suas. Et quia primus testis, qui deponit
1 se audiuisse altercationem, vltra quod non deponit † verisimilia, & sic nõ potest dici omni exceptione maior, vt per Barb. consi. 47. col. pen. in i. lib. est etiam pauper, & sic isto respectu non potuit dici omni exceptione maior, secundũ Spec. in ti. de teste, §. i. in finalibus verbis. est enim summè animaduertẽdũ in re subiecta suspitioni, an testis sit paup vel diues, l. 3. ff. de testi. Accedat ẽt, ꝙ est vilis, quo casu qñ paupertas, & vilitas concurrũt, nũquã testis dr̃ idoneus, vt pulchrè per Barb. consi. 32. scribit præclarè, col. 5. in prin. & ĩ causa matrimoniali, ẽt ad probandũ matrimoniũ, firmat idẽ Barb. cõsi. 54. col. i. vol. i Insuper ex dicta depositiõe sua constat, ꝙ sic affectionẽ ad cãm habuit, qa reddit rõnẽ suspectã; videlicet ꝙ personę, quas altercãtes audiuit, nõ p̃nt esse alię, q̃ nominatę ꝑ eũ, cũ voces persępe fallaces sint, & vnus possit imitari vocẽ alterius, vt per Imo. & Mod. in c. præterea, de testi. qui. n. assignat rõnẽ nõ credibilẽ, nec ꝯsonãtẽ, suspectus est, ſm Bal. i l. actor, col. 3. C. de prob. & suspectus testis ꝯ matrimonium nullo pacto est idoneus, ſm Spec. tit. qui matri. accu. poss. in prin. versi. testis omnis in hac causa repellit̃, &c. ¶ Secũdus testis nõ ꝓbat, quia non cognouit personas altercantes ad vocem prout
2 necesse est in teste deponente de auditu † simpliciter, & non ẽt de visu, scđm oẽs scrib. in l. si nõ speciali, C. de test. & in d. c. præterea, maxime per Imo. Nec ob. ꝙ dictũ vnius supplendũ sit ex dicto alterius, quia non procedit, qñ dictũ vnius est imperfectũ, & nõ cõcludẽs, scđm Bal. i l. cũ antiquitas, C. de test. prout in casu nostro, in quo dictũ testis nec de auditu ꝓprio pariete intermedio nõ cõcludit, neq; perfectũ dr̃, nisi audiẽs cognouerit loquẽtes ad voces. Non ob. depositio Iacobinæ,
3 quia vltra ꝙ nõ probat (qa parte † nõ citata, vt ornatè deduxit Do. Consultor) est ẽt aduertẽdũ, an hæc mulier sit nobilis, sicut sunt istæ ꝑsonę, inter quas dr̃ ꝯctũ matrimoniũ, aliàs nõ erit idonea, vt per Barb. in d. cõsi. 54. col. 9 ita limitans text. in c. super eo, de test. ¶ Dubitabilis tñ visa fuit illa ꝯclusio, ꝙ fuerit purgatus metus, si quis intercessit; quia ad probandũ purgationẽ metus, licèt ex post notificauerit, tñ ad metũ gestũ
4 requirit † legitima probatio, c. i. quod met. ca. ibi, legitimè probatũ fuerit. vbi aũt requirĩt legitima probatio, oportet ꝙ fiat fides indubitata, c. sup eo, de paro. per quẽ Felv. in rub. de ꝓb. col. 3. tenet, ꝙ plus est legitimè probare, q̃ fidẽ indubitatã facere. In casu nostro nõ vr̃ facta fides indubitata, qa licèt testes ꝯcludant, ꝙ ostiũ erat apertũ, & poterat abire, non tñ concludũt, ꝙ securè abire poterat; nã dr̃ durare metus donec is, qui metũ intulit instat, vt alius ab eius oculis effugere nõ p̃ot. Ita Barb. in d. cõs. 54. in fi. & probatur in l. naturaliter, in prin. iunctis ijs, quæ ibi dicit Bart. ff. de acq. rer. do. & per ea, quæ scribit Fel. in c. ego. n. de iureiur. Item licèt per petitionẽ videaẽ purgatus metus, tñ talis purgatio non vr̃ sufficiens ad conualidãdum m̃rimonium a principio nullũ, prout est matrimonium metu celebratũ, c. cũ locũ. de spon. quia vbi actus dependet a consensu duorũ, nõ tenet a principio solo consensu alterius celebratus, nec ꝯsensu alterius subsequẽti vr̃ posse conualidari, l. 4. §. qui præsens, ff. de ver. obli. per q̃ in matrimonio ita sensit Arch. in c. sufficiat 27. q. 2. non. n. p̃t dici adesse consensum altero tñ approbante matrimoniũ, qa consensus dr̃ simultaneus sensus, scđm gl. in l. consensu, ff. de ac. & obl. Nec obstare vĩr consilia, & rõnes allegatę per do. meũ Alciatũ, qa loquũtur, qñ actus, ex qbus purgaẽ metus, fieret simul inter ipsos ꝯiuges; tũc benè ex illis purgatur metus, qa resultat cõis ꝯsensꝰ, prout ẽt in cã matrimoniali, & in istis terminis loquitur gl. in c. literas, de desp. imp. & tex. & ibi gl. in c. vnico, eod. tit. in 6. in ver. seu alias. uerbo, aut facto. Sed iis, & sim. non ob. verissimũ puto, qđ ꝑ eũ iuridicè cõclusum fuit, ꝙ purgatus fuerit metꝰ
5 ꝑ ꝯctũ † matrimonij spontè celebratũ, & parentũ dotẽ subsecutã, c. de muliere de spon. Nec ob. qđ dixit Barb. ĩ d. ꝯsi. 54. ad fi. qa q põt fugere; non p̃t metũ allegare, vt dñt glo. & oẽs in c. ad id, de spon. & signanter declarat Abb. in c. i in gl. fi. quod met. cau. cũ ergo testes mulieris cõcludũt, ꝙ poterat fugere, sequiẽ ꝙ metus nõ intercessit in ipso ꝯctu: & sic si nõ intercessisset, purgatus remãsit. Id aũt qđ dixit Barb. ꝓcedit, qñ cũ armis astarẽt aliqui parati ad vulnerãdũ, si fugere uoluisset; & oportet ꝙ fuerint taliter parati, ꝙ intra 12. passus possent capere volentẽ fugere, ut declarat Paris. in tract. syndi. in §. captura. ver. an si iudex processent. meritò Abb. in d. c. ad id, cõsiderat opportunitatẽ recedẽdi. qs autẽ in casu isto negabit opportunitatẽ, aperto ostio, nullis ibidẽ armatis astãtibus, & p̃ntibus quamplurimis honestis personis, qui veri similiter eã a violentia defendissent: certè nemo, & dixit Saly. in l. & si ꝯ. C. de nup. ꝙ si puella ꝯhat cum officiali ꝑ nutum, seu impressionẽ, functo officio si simul ꝯtinuò non cohabitauerũt, reqriẽ nouus consensus ex parte vtriusq;. purgatꝰ ẽt fuisset ꝑ ꝑpo-
6 sitionẽ dotis, † qa actio ad dotem marito non ꝯpetit, nisi p̃cessent matrimoniũ validum. l. stipulationẽ, ff. de iure do. Nec ob. ꝙ requiratur nouus & contẽporaneus ꝯsensus vtriusque, q non significatur ꝑ petitionẽ dotis, nisi ex parte petẽtis: qa falsum est, ꝙ requiraẽ contẽporaneus. Imo ex interuallo unꝰ p̃t ꝯsentire post alterum ĩ cã matrimoniali carnali, ꝯcludunt Host. Io. An. Car. & alij *cõiter* in c. dilectꝰ. & in c. ex literis, el 2. de spon. & in spirituali firmat Pa. ĩ c. cum inter canonicos, de ele. reprobãs gl. ĩ d. l. ex ꝯsensu. cum ergo mulier a principio spontè ꝯsenserit, & ex post uir ꝑ petitionẽ dotis ratificauerũt, m̃rimoniũ ualebit, vt dr̃ ĩ d. c. de mul. nec credo, ꝙ requiratur nouus ꝯsensus, qa qui semel consensit, p̃sumiẽ ꝑmanere in eadẽ uoluntate, l. 3. & l. cum, qui. ff. de prob. & qa regula, d. c. de muliere; non reqrit nouũ consensum, nisi ex parte metũ passi, &

posit.

posito, ꝙ requireret̃ nouus, satis de nouo consensu mulieris
apparet, ex quo agit ꝯ maritũ, vt p̄stet obsequia maritalia, &c.
Præterea inficiari non pōt, ꝙ petendo dotẽ non fateai matri
moniũ fuisse validũ, d.l. stipulationẽ, & l. in rebus. §. fi. eo. ti. &
ꝯñt ex vi confessioñis propriæ d. co probatũ fuisse, ꝙ in ꝯtu
matrimonij nullus interfuit metus, aliàs non foret validũ, d.
c. cũ locũ. ꝯfessio aũt ẽt implicata est optima ꝓbō. l. cũ p̄cũ. C.
de lib. cau. l. gñalr C. de nō nu. pec. c. p tuas. de ꝓba hinc dicitur
ꝙ per instr̃m doris inter partes vr̃ ꝯfiteri matrimoniũ, §. illud,
in Aut. vt frat. filii. coll. 9. p quẽ ita dicit inn. in c. illud. de p̄sũ.
Bal. in auth. si quis in aliquo, C. de edẽ. & in cons. 14., in a par.

De arbitris, & arbitra.

RESPONSVM I.

CVm non solum de iure do. Thomas Nauta a do.
Salis Ianuæ impetrare licentiã transuehẽdi
sal, sed ẽt ex pacto id agere teneretur. Iō culpa sua,
& non vectorum, ad damnum illatum, nec non ad
interesse omne teneri dubium non est. Nam periculum na
uis damno nautæ cedit, nisi id vectorum culpa cōtingit nec
vectorum trãsfretatio a loco Arearum, ad locum vadi dictis
vectorib. nocet, eo quia negligentia non est improbanda, qui
bus diligentia nihil fuisset profutura. Iudices, Arbitri, & ma
ximè arbitratores, officio functi non dñr, si actum sententiã
di pro absoluto non habuerint, ideo iure taxationem galeo
ni, & expensarum, in crastinum differre potuerint. quia solẽ
nitates iuris ciuilis sequi nullo iure tenentur, quare laudũ ca
uillari non p̄t, ideo hm̃oi laudo ꝯtrauenientes ad penas con
uentas teneri dubiũ non est, licẽt ab eo appellari possit, si im
modicè laudatũ sit, cui appellationi renũciatũ intelligit, si in
termino ad cōparendũ assignato non compareat appellans.

SVMMARIVM.

1 *Periculum nauis cedit damno nautæ, nisi culpa vectorum nauis perierit: et*
iam mẽ si id pacto cautum sit.
2 *Negligentia non est improbanda, ex quo diligentia non est profutura.*
3 *Iudex, arbiter, & arbitrator, officio functi non dicuntur, nisi habuerint a-*
ctum sententiandi pro absoluto.
4 *Ex forma compromissi deprehenditur, an quis arbiter, an arbitrator consti*
tutus fuerit.
5 *Arbitratores non tenentur sequi solemnitates iuris ciuilis, sed debent secũ*
dum æquitatem & veritatem iudicare, secus in arbitris.
6 *Arbitramẽtũ magis ꝯtractui, quam iudicio applicatur, seu accōmodatur.*
7 *Pœna promisso p̄pe in compromisso apposita, intelligitur apposita sub conditio*
ne, si arbitrator immodicè non læserit.
8 *Contrauenientes compromisso ẽt nullo, ex pacto tamen corroborato, pęna cō*
promissi tenetur, quia p pactũ ex ꝯtra nullitatis opponẽda impeditur.
9 *A sententia arbitratoris si modicam contineat læsionem, appellare non li-*
cet, aliàs secus.
10 *Clem quamuis, de appella nō vendicat sibi locum in laudo, quia de iure cau*
tum non reperitur, quod sint. ab arbitratore petendi apostoli.

Qui veritas est, me dirigat in viam veritatis.

Respon. Interpreta.

VIso consilio Dñi mei Dñi Bordini, & cōsi-
derato tenore facti prout in
ipso consilio recitatur, qa aliter ꝓcessum nō vidi,
sequẽdo dubia p eũ proposita. Primò discutiã, an
laudũ fuerit iustũ, vel iniquũ. Scdo. an sit ualidũ, & ritè ꝓlatũ
aut nullũ & inualidũ. Tertiò, an Thomas petendo reductio-
nẽ ad arbitriũ boni viri efficaciter inciderit in pęnã compro-
missi. Quarto an a sñia reductionis potuerit appellari? Quin-
to, an appellãs, & nō cōparens in termino p̄fixo, intelligatur
appellationi renunciasse? Circa primũ breuitati studendo (vt
Iurisc ònitũ decet) clarũ est periculũ nauis cedere dãno nau-
tæ, nisi culpa vectorũ nauis perierit. l. 1. ff. de exerci. act. Viden
dum ergo est, an culpa d. Thomæ, q nō obtinuit licentiã trãs
uehẽdi sal a dña officiali. salis Ian. nauis hæc inciderit in com-
missum. Et nō insistẽdo in verbis, mihi vr̃ ꝙ fuerit in culpa, qa
d. Thomas a dñis salis Ianuæ nō solum de iure tenebatur im-
petrare licentiã trãsuehendi sal. l. fi. C. de vect. & cōmu. sed ẽt
1 ex pacto. † quare cum p̄p noo habitã licentiã nauis cōbusta
fuerit bene sequitur, ꝙ culpa ipsius dãnum ollatum fuerit,
& ꝓpea tenetur ad totalẽ interesse, l. colonus, §. nauẽ, vbi hr̃
casus noster, si locat facit consilium Raph. Cu. a 1. incip. Mat-
thęus dedit. nec obstat, si dicatur, ꝙ patronus nauis, qō appli
cuit ad locum uadi, in quo loco ꝓmiserat d. Thomas tradere
licentiam ipsi p̄rono, fuit in culpa ultra trãsmeare, post q̃ sibi
nō expediebatur licẽtia iuxta couẽta, iō sibi ĩputet, reg. dãnũ,
qđ qs. de re. iur. in 6. Nã si dñs nauis licẽter recipiat merces il
licitas, cũ possit nō accipere, suo periculo cons. atur nauis. l.
cotẽ ferro, §. dñs. ff. de pu. & gñalr locator, q potuit resistere
aduersus periculũ. nō hẽt actionẽ aduersus ꝯductorẽ, l. si qui
domũ §. pe. ff. oc. cũ solit s ꝯcord qa rñdet, ꝙ stãte statuto de
quo fit mẽoo in allegato ꝯsi sã nauis trãsfretãde a loco Area
rũ ad locũ vadi erat ꝯfiscata, iō q̃q voluisset trãsfretare vltra
locũ uadi, nihilominus nō euasisset pęnã, iō falsum est ꝙ po-
2 tuerit resistere aduersus p̄iculũ: vñ negligẽtia † ñ ẽ im̃ꝓbãda
ex quo diligẽoa nihil fuisset ꝓfutura. l. si vehẽda. §. si ea. ff. ad
leg. Rho de iac. Circa f̃m, visũ fuit prima ꝯsideratione sñiam ar
bitrorũ fore nullã, qa incerta. nō. n. ꝯtinet aliq̃ sũmã, ergo nul
la, l. qd tñ. §. Pōpo. ff. de arb. l. pe. & quasi p totũ, C. de sen. q̃ si.
cer. quã Nec obst. ꝙ die sequẽti fuerit addita certa summa, qa
iã arbitri erãt functi officio suo, & suã sñiam incertã. & nunã
die sequẽti ñ potuerũt addẽdo, & supplẽdo certificare, l. Pau.
la 1. ff. de re iu. q̃ lex hẽt ẽt locũ in arbitris, f̃m gl. Bar. & scrib. in
l. qa arbiter, ff. de arb. Imo. Alex. & Mod. in d. l. Pau. p tex. in l. di
cere. §. fi. ff. e. quem tex. Imo. in c. Quintauallis. in 18. dña, & ibi
Pan. in 15. dña de iureiu. extẽdere vr̃ ad arbitratorẽ, & ita con
suluit Raph. Cu ꝯsi. 160. incip. Ser Petrus. ẽr si sit data ptãs se-
mel, & pluries arbitrãdi, qa intelligit in capitulis, sup qb. non
fuit arbitratũ, f̃m Bar. & Bal. in l. qd tñ. in prin ff. de arb. Im in
d. c. Quintauallis, in 2. char. Ra. Ful. cons. 144. Syndici cōis cau.
octa. Præmissis, nō obstan. f̃m ea, q̃ proponunt, ꝯrũ credo de
iure veriua infrascriptis considerationib. Primo cōsidero, ꝙ
dicta iura, videlicet tex. in d. l. Pau. & in d. l. dicere, loquunt, qn
iudex, vel arbiter habuit actũ sñiandi pro absoluto, nã tũc dr̃
3 functus † officio suo, & ita illa iura intellexit Ang. cons. 42. in
cip porrecta, col. fi. & hoc lat. s patet rectè sentiẽti. In casu aũt
isto, arbitratores non habuerunt actũ pro absoluto, ex quo
distulerunt taxationẽ p̄cij dicti Galeoni & expensarũ in cra-
stinũ. pũctus ergo reducitur ad hoc, an dicti arbitratores po-
tuerint reseruare sibi taxationẽ p̄cij Galeoni, mercedis, & ex-
pensarũ in die sequenti. de expensis & accessorijs non est du
biũ. l. terminato, vbi Bar. & alij. C. de fru. & lit. expen. Pau. Alex.
& alij cõter, in d. l. Pau. Rot. de re iud. decisi. 21. in anti. Abb. in
c. 1. de sequest. poss. & fruc. de principali ꝙ possint sibi reserua
re taxationẽ, vr̃ fortè dubitãdũ, qa facilius cōceditur iudici, &
arbitro, supplere omissa circa accessoria, q̃ circa principale, p
d. l. Pau. & p ea, q̃ ꝯsuluit Alex. cōsi. 90. ferè ois. vol. 1 diffiniti-
ua n. vnico contextu proferenda est, l. 2. C. de sen ex breui. reci.
c. fi. de re iud. si ergo diuersot ad extraneos actus (nisi reiteret)
non valebit. facit tex in l. 1. § qui p̄sens, ff. de ver. obli. sed sis ẽt
nō obstã. arbitror, hos arbitratores potuisse reseruare taxa-
tionẽ in crastinũ ex infrascriptis considerationib. Cōsidero
4 .n ꝙ. ex forma † ꝯpromissi p̄dicti duo, q tulerunt laudũ, erant
electi arbitri & arbitratores. Scdo ꝯsidero, ꝙ ad cognoscẽdũ
vtrũ electi iudicauerit tanq̃ arbitri, an tanq̃ arb. cognoscit ex
mō ꝓcedẽdi secũdũ Bar. in l. 1. ff. de iud. cũ solitis, & infinitis au
ctoritatibus, quas cōsulto omitto in occurrẽti casu satis liq̃t,
ꝙ ꝓcesserũt, & iudicarũt, ut arbitratores, secũdũ Bal. & Ang.
in l. si seruus pluriũ, § fi. de leg. 1. Im. in l. nemo p̄t, e. ot. fortius si
ꝓcessisset a principio vt arbitri. tñ sustinebit sñia, si ex sene
sñiæ appareat, ꝙ ꝓnunciauerũt ut arbitratores, secundũ Bal.
in l. 2. ff. de testa. n ili. Fely. in c. cũ ordinẽ, col 2. de resc. in c. præ
sentata, col. fi. de test. Tertiò considero, ꝙ proferre sñiam uni
co contextu, & eodẽ die, uel eadẽ hora, est solẽnitas iuris ciui-
lis, d. l. Pau. & d. l. 2. no. Bar. in l. prolatã, C. de sen. & inter. om. iu.
de iure n. naturali considerat sola veritas, & nō ritus iudicio
rũ. secundũ Bal. in l. rescripta, C. de p̄c. imp offer. inferens, ꝙ sñia
principis, q est in ius positiuũ, ualeat omissis istis solẽnitatib.
Idẽ voluit Bal. in l. unica, C. ut quæ desunt aduo. & est vulgaris
ꝯclo, q̃ cōprobat Cur. senior cōs 65. ex p̄missa narratione. ex
istis mō ꝯsiderationibus infert decisio huius dubitationis, ꝙ
valuit laudũ istorũ dñorũ. q ꝓnunciauerunt, vt arbitratores,
5 qui arbitr. nō tenentur † seq solẽnitates iur ciu. sed p̄nt q̃uo
velint. sequẽdo æquitatẽ & veritatẽ iudicare, & hæc est sub-
stantialis dña inter arbitrũ, & arbitratorẽ, qa arbiter tenetur
seruare ordinẽ iuris. l. 1. & l. si de meis. §. recepisse, ff. de arb. ar-
bitrator vero non: qa electus vr̃ tanq̃ cōpositor, & mediator
inter partes. vñ sicut partes ꝓcedunt extraiudicialiter ad con
cordiã interpellatis horis quo volunt, ita arbitrator. ista sunt
verba Inn. in d. c. Quintauallis, & ibi Pan. in 2. dña. Bar. in l. so-
cietatẽ. §. arbitrorũ, ff. pro soc. in l. fi. de var. & extraor. cog vbi
dicit, ꝙ arbitrator est qdã ꝓxeneta electus ad ꝯponendas par
6 tes. accedit. n. † arbitramentum magis ꝯtui, q iudicio, vt ibi
late per scrib. Ale. ꝯsi. 119. vol. 2. & alibi sępe. & tanto magis, cũ
ex forma ꝯpromissi sit ipsis data ptãs pronunciandi, q̃uo ipsis
videbitur, & placuerit: q̃ verba important, ꝙ sint liberi a re-
gulis, & solẽnitatibus iuris ciuilis, secundum Bar. extrauag. ad
repr. in verbo, indebite. cũ cōcor. all. p Fel. in c. 1. de const. & in
varijs locis. Itẽ dictũ est, ꝙ possint procedere de facto, quę ver
ba de facto, important tñ ac si esset dictũ, ꝙ debeant iudica-
re sine vlla solẽnitate, sed prout factũ ratio suadebit. Lu. Ro.
in rub.

in rub.de arb.q.17.Bar.in extrauag.ad repri.in d.verbo,videbi
tur.vers.quid si dicatur in statuto,&c.Cor.consi.113.visa petitio
ne.li.3.vbi vult,ꝙ arbitrator nõ teneatur iudicare,vt iudex , nec
vt arbiter,sed ſm fantasiã sui capitis.benè facit , qd̃ consulunt
Socy.consi.124.præsens consultatio.col.2.vol.j.Ias.in §.bonę
fidei,col.5.& seq.Inst.de actio.possem ẽt instare , qd̃ ſm iuris
rigorẽ ista sñia , ẽt si esset lata ab ipsis tanq̃ arbitris,valuerit:
sed quia stantibus prædictis,satisfit petentibus consiliũ , non
aliter superuacuè implebo folia.Circa tertiũ stantibus prædi
ctis,per quæ apparet laudũ fore iustũ & validũ,concludendũ
restat,ꝙ dictus Thomas petendo reductionẽ ꝯ cõuenta iuro
vallata,incident in pęnam compromissi,vt est tex.in c.dilecti,
de arb.& l.si quis maior,C.de transac.quinimò si foret nullũ,
adhuc ꝯueniendo incidisse in pęnam,quia licèt ſm cõem opin.
7 promissio † pęnæ intelligatur facta sub cõditione, si arbitrator
immodicè non lęserit,d.c.Quintauallis,vbi Abb.& alij , & l.si
libertus,la 5.ff.de oper.liber.tñ non intelligitur facta sub con
8 ditione,si laudũ validũ erit,quia licèt sit nullũ,† validatur ex
pacto eo ꝙ per tale pactum impeditur pars nullitatẽ allega-
re,secundũ Bar.in l.vbi pactũ,col.pen.C.de transac.Ang.cõs.
287.inci.A.& B.ꝯxerunt.Alex.ꝯsi.32.optimè consideratio.col.
2.vol.2.Circa quartũ,variæ sunt opiniones:& ꝙ nõ possit ap
pellari a sñia reductionis,tenuerunt quamplurimi, prout in
dictis consi.recitatur,& sequitur Ona.in tracta.de arbit.q.22.
vbi alias auctoritates alleg.sequitur Panor. consi.38. casus in
effectu,in vltimo dubio.allegant idem tenere Inn.Raph.Ful.
consi.113.arbitrator.Cardi.consi.139. factum tale est.in vlti-
mo dub.& consi.seq.in 4.dubio,& fortè si computentur au-
ctoritates,ista est cõis sñia.sed ego non audeo prædictam opi-
nionem sequi,quia Do.Alex.consi.115.viso themate.in 3.lib.
dicit,ꝯtriam opi.esse veriorẽ,æquiorẽ,& a maiori parte scribẽ
tiũ comprobatam,quam ẽt sequitur Pau.de Ca.consi.22. cir
ca primũ,in 3.dubio,secundũ antiquã impressionẽ.Placet tñ
9 mihi,vt in isto pũcto distinguamus:aut iudex grauat † in mo
dico,& procedat opinio Bar.in d.l.j.in fi.ff.de leg. 2. ꝙ non li-
ceat appellare:aut enormiter grauat,& tunc liceat. ita distin-
guit Bal.in l.vnica,C.de ijs,quæ pę.no.quẽ sequitur Lud. Ro.
consi.261.super eo.videatur ergo, quibus ex causis fuerit ap-
pellatum.Circa vltimũ dubiũ,casus est claris in cle.quamuis.
de appel.ꝙ si appellans nõ ꝯpareat in termino præfixo ad re-
cipiendos apostolos,quod intelligitur appellationi renũcias-
se.hinc Cepolla in suis caut.& Maria.in arti.7.de cita.in frustra
iudices illaqueare appellãtes:est verum,ꝙ fortè dubitari pos-
set,an dispositio d.clem.quamuis,procedat in appellatione in
terposita a sñia reductionis,eo ꝙ iudex reductionis est subro
gatus loco arbitratoris,ergo eius sñia habebit eandem natu-
rã,quã habet laudum arbitratoris,l.si eũ.§.qui iniuriarum, ff.
si quis cautio.quod firmat Saly.in l.si societatẽ.§.arbitrorũ,q.
15.ff.pro soc.Socy.consi.121.in causa.col.fi.lib.3. verũ in lau-
10 do non habet locum dispositio† d.cle.quamuis,quia non re
peritur,ꝙ sint ab arbitratore petendi apostoli,secũdum Car.
Flor.in d.consi.139.col. pen. ergo non etiam locum habebit
11 † in appellatione a sententia reductionis . & ista opi.fortè est
verior,quia dispositio dictæ cle ꝙ censeatur renunciatum ap
pellationi,videtur odiosa,ergo stricte interpretãda.reg. odia,
de reg.iur.intelligamus ergo eam sententiã latam a iudice ut
iudice,non a iudice vt arbitratore.cõtrarium tñ sustineri po-
test per ea,quę scribit Alex.consi.106.viso themate,colum.3,
uersi.non obst.lib.3.

RESPONSVM II.

ARbitrator lato primo laudo,non iterum ar
bitrari posse manifesti iuris est ,
nisi a partibus potestas semel,uel plures arbitrãdi,
corrigendi,interpretandi, vel murandi eidem im-
partita fuerit.Et maximè si laudum primum a partibus emo-
logatum fuerit . Quare Pontius Collettæ sororius laudata re-
cusans,in compromissi pęnam incidisse videtur.Sed secundũ
ea , quæ proponuntur,non teneri verius existimo,cum sibi li
cuerit nomine vxoris suæ contra Collettã excipere, quæ con-
tra formam laudi emologati omnia petebat. nullo igitur iu-
re Pontius laudo non paruisse dici potest,si exceptionem re-
tentionis,seu iura pignoris, & hypothecæ proposuerit : nam
hæc in omni adiudicatione semper tacitè subesse receptum
est,nulloque etiam compromissi capite contra eundem Pon
tium fiscus ad pęnam agere potuit.

SVMMARIVM.

*1 Compromittentes concedere possunt arbitris,seu arbitratoribus,ptãtem se
mel,& pluries arbitrandi,&c.& quomodo intelligatur,vide num. 5.*
2 Emologatio laudi,operatur vim pacti & translationis .
*3 Qui obligatus est a far bono , intelligitur ad soluendum pretium , vel rem
tradendam obligatus.*
4 Exceptiones ex laudo prouenientes excusant à pęna.
6 Contrauenient laudo nullo,nullam pęnam meretur.
7 Sẽtẽtia adiudicationis sẽper intelligitur saluo iure pignoris & hypotecæ.
*8 Condemnatus ad omnia onera,& ad onus releuandi fideiussorem,de acces-
soriis etiam tenetur.*
*9 Prohibitus opponere contra sententiam,potest nihilominus opponere ex-
ceptiones ex ea prouenientes .*
10 Dilatio assignata ad soluendum,non aufert ius pignoris .
*11 Pendente compromisso, seu compromissi declaratione , actio nulla efficax
competit .*
12 Non dicitur spontè soluere , qui per iniuriam iudicis soluere compellitur.
13 Purgatio moræ de ęquitate canonica semper admittitur .

Respon.interpreta.

VIdetur ꝙ Pontius de Buso inciderit in pœnã
cõpromissi,quia recusauit tradere ca-
psas adiudicatas do. Collettæ per laudũ vltimo loco
probatum.nec dicatur, ꝙ arbitrator nõ potuit lato
primo laudo amplius arbitrari,l.non distinguemus,§.fi. ff. de
arbi.qn posset procedere,nisi esset data potestas semel & plu
ries arbitrãdi,vt dicitur in l.quid tñ,ff.eo.ti.in casu autem isto
data est potestas interpretãdi,mutãdi,corrigẽdi,semel & plu
1 ries,quã potestatẽ† corrigendi partes dare potuerũt,vt expres-
sè firmat Bart.in d.l.quid tñ.Scdo vr̃,ꝙ sit commissa pœna ex
alio quia Pontius recusauit tradere vasa argẽtea adiudicata
prædictæ d.Collettæ.nec dicatur,ꝙ ipse Pontius nõ est ꝯdẽna-
tus ad tradendũ,quia emologando laudũ tacitè vr̃ promisisse
2 dicta vasa tradere.Emologatio† enim laudi operatur vim pa-
cti & trãsactionis,authẽ.si vero cõtigerit,C.de ind.gl.in l.2. C.
cõmun.vtriusq; iud.Quod hoc sit verũ,patet , qa viribus p̃to
ris cõpulsus tradidit vasa p̃dicta , per quorũ traditionẽ tacitè
fateri vr̃ se cõmisisse,& ꝯtra in pęnã incidisse,arg.l.ad solonẽ,
C.de re iu.Imo ex verbis laudi cõdẽnatus apparet ipse Põti⁹,
dũ dr̃ , ꝙ ipse sit obligatus à far bon la vasella d'argento . qui
3 ẽ.n.obligatus a far bono,†intelligit obligatus ad soluẽdũ pre
tiũ,vel ad rẽ tradẽdã,ſm Soc.ꝯs.65.ꝯclusio s̃.firmat.col.1.lib.4.
Præmissis nõ obst.ſm ea,quę proponũtur, scio ꝯtriũ esse ve-
rius,quia nõ cõstat Põtiũ in aliquo ꝯtrauenisse, & minus lau
do lato in executione dicti cõpromissi.Primo ñ ꝯuenit dene
gando tradere dictas capsas d. Collettæ petenti eas, tanquam
insolidũ eidẽ adiudicatas,qa in primo laudo est expsè cõclu
sum,ꝙ oẽs res non specificatæ in ipso laudo sint , & esse de-
4 beãt cões inter ipsas cohæredes. sicut ergo p̃dicto Põtio† ex
cipere noĩe suę uxoris cohẽdis ꝯ d. Collettã petentẽ ꝯtra for-
mã laudi totũ,l.si quis cũ totũ,ff.de excep.rei iud.l.qui solidũ,
ff.de leg.2.Nõ obst.ꝙ in scdo laudo declarauerit dictas capsas
spectare p̃dictę d.Collettæ,& sic correxit primũ,qa nõ potuit.
ad ꝙ probãdũ p̃suppono, ꝙ partes ante latũ ultimũ laudum ,
emologauerũt primũ, & sic oẽs ꝯsenserãt, ꝙ dictæ capsæ es-
sent cões,& sic quo ad dictas capsas oĩs lis , & qȯ erat sopita,
& ꝯñt cessabat subiectũ cõpromissi,merito super illis nõ po-
tuit postea ꝯtriũ iudicare.ita clarè decidit Pet.de Ange.consi.
22 t.discutiẽdũ ẽ primo.Nec obst.ꝙ fuerit data potestas cor-
5 rigẽdi,qa debet† intelligi talis potestas durãte lite,& antequã
cõpromissum fuerit emologatũ: alias ſm Anch.sequeretur ab
surdũ,ꝙ arbitrator elect⁹ ad sedãdas lites , posset pro arbitrio
eas resuscitare in dies mutãdo sñiam , qd̃ esset calũniã sup iã
decisis imponere,l.pe.C de decur.lib.x. cũ ergo ñ inueniatur
in aliqua parte laudi emologati,ꝙ istæ capsę fuerint ad iudica
tæ d.do.Collettæ,restat ꝙ ñ dicatur Põtius ꝯuenisse laudo la-
to per arbitratorẽ,nec ꝯpromisso & si ꝯuenisset ultimo,ñ tñ
6 incidisset ĩ pęnã, qa ꝯueniẽs† laudo nullo,nõ incurrit aliquã
pęnã,l.arbiter ex cõpromisso,ff.de arb.Barb.in l.3.§.si seruus.
ff de pecu.gl.& Pan.in c.significantib.de off.dele.Soci.consi.
121.in causa reclamationis,lib.3. & Alex.ꝯsi.32.& 119. lib. 2.
Scdo,& si laudũ ultimũ teneret, tñ nullo mõ põt dici, ꝙ Põ-
tius incideret in pœnã , quia arbitrator adiudicauit dictas cap-
sas,& dictas vasa argentea in partẽ d.do.Collettæ , & aduersus
hanc sententiã nullo modo ꝯtradixit Põtius, ergo &c. Vnde
p̃ dẽmõstrãda veritate p̃mitto in facto,ꝙ Põtius recusauit tra
dere p̃dicta vasa & p̃dictas capsas,qa asseruit sibi pignoratas
& hypothecatas.Scdo p̃mitto,ꝙ sñia,p q̃ p̃dicta fuerunt assi-
gnata in partẽ prædictæ d.Collettæ , dr̃ lata in causa diuisionis
hẽditatis inter do.Collettã & sorores, & nõ inter d.Collettã,&
ipsum Põtium,qui suo priuato noĩe cõpromisit sup quibus-
dã suis creditis,& si sup diuisiõe hẽditatis p̃dictæ. hoc sic p̃mis
so,infero ꝙ nõ dr̃ Põtius retinẽdo prædicta bona iure pigno
ris ꝯuenire laudo ĩ ea parte,p q̃ dicta bona adiudicantur por
tioni ipsius do.Collettę,qa talis exceptio retẽtionis non impu
7 gnat sñiam,l.a diuo Pio,§.ꝙ si res.ff.de re iud. vbi sñia † adiu-
dicationis ĩtelligitur saluo iure pignoris,& hypothecę alteri⁹.
Nõ ob.ꝯtria , qa ad oĩa clarè rñdetur.& ex rñsionib.manife-
stissimè apparebit,pœnã ꝯpromissi cõmissam ñ eẽ:& primo,
quo ad retẽtionẽ capsarũ rñdetur dupliciter.Primo, ꝙ licuit
eas noĩe vxori retinere donec diuidãtur,qa cõessũ ñ ob.vlti
mo laudo,qa nõ valet,vt s̃,demõstraui.Scdo rñdetur, ꝙ licèt

eas

eas retinere iure pignoris, donec sibi satisfiat, ẽt q ab alio pi-
gnus habitũ fuerit, si pecunia, cuius cã pignus retineť, est ver
sa in vtilitatem dñi, l. 1. C. si res alie. pig. data sit. nã q soluit de-
bitũ ꝓ dño alteri, si res pro qua soluit, pueniat ad eius manus,
sibi ꝯpetit retẽtio, l. ff. qb. mo. pig. vel hypo sol. Tertio rñdeť,
q ex tenore sñiæ vĩ licuisse, & licere retinere dictas capsas, do
nec satisfiat ipsi Pontio, ꝓ sũma pecuniarũ exbursata ꝓ recu
peratione dictarũ capsarũ a manibus fisci. & ẽt donec fuerit
releuatus a fideiussione pstita fisco. Nã in d. sñia, & lau-
do cõtineť capitulũ, quo disponit, q d. Colleta teneať ad oĩa
onera, q̃ reperient esse sup bonis sibi in ptẽ assignatis, & ꝯñr
8 † ad onus releuãdi dictũ Põtiũ, & ad soluẽdũ sibi expensas fa
ctas, ꝓ recuperatione ipsorũ. Quo ergo colore põt dici Pon-
tiũ ꝯuenisse, si opponit exceptionẽ sibi ꝯcessã ex tenore lau
9 di ꝓhibit⁹. n. nihil opponere ꝯ sñiam, † pt nihilominus oppo
nere exceptiones ꝯcessas ab ipsa sñia: imò ẽt ꝓhibitus ꝯ ipsã
sñiam, si tñ ab ea suboriant, ſm Bar. in l. si filius. ff. quod cũ eo.
iõ dixit Bal. in l. pemptorias. C. sen. rescin. nõ posse q ꝯ sñiam,
in qua qs fuit ꝯdẽnatus ad tradẽdũ rẽ, põt opponi exceptio ꝓ
tij n soluti. qa hoc est ex nã rei, latè tradit p Feli. i c. ex pte. 2. d
offi. deleg. licèt ergo Põtius eẽt ꝯdẽnatus p laudũ tradere di-
ctas capsas, posset opponere exceptionẽ retẽtionis, donec ꝓ-
tiũ solutũ ꝓ redẽptione rerũ sibi psoluat. Nõ ob. q reqsitus
nõ psoluerit æstimationẽ argẽti, seu vasorũ, ad q̃ erat ipse Põ.
tius ꝯdemnatus a far bõ, &c. qa rñdeť. q dicta vasa argentea
erãt ipsi Põtio pignorata, ꝓ summa ducatorũ ducẽtũ soluto-
rum p ipsum dño de Branchasio ex cã dotis ꝓdictæ do. Colle
tæ. vnde dico. q dicta cõdẽnatio debet intelligi saluo iure pi-
gnoris, multiplici rõne. Primo, qa vt itelligo, sic iportat natu-
ra illorũ verborũ a far bõ quasi sit ꝯdẽnatus ad reddẽdũ bo-
nũ cõputũ, & rões d dicto argẽto. qd q dẽ bonũ ꝯputũ & rõ
nes ꝓbe refert, si detracta summa sui credi ti paratus est reli-
quũ psoluere, l. eũ seruus ff. de ꝯdi. & dem. qd suadet, qa si vo-
luisset arbitrator ꝯdemnare d. Põtiũ ad restituẽda vasa, vel in-
tegrã æstimationẽ, faciè erat ei exprimere: q. l cũ ñ fecerit, nec
voluisse arbitrãdũ est, arg. l. vnicæ, §. sin aũt ad deficiẽtis, C. de
cad. tol. Scdo rñdeť, q ex natura act⁹, d quo agit. talis sñia dẽt
itelligi saluo iure pignoris, qa dictus Põtius ꝯdẽnať a far bon
dicta vasa ex cã diuisionis: p q̃ sñiam diuisionis ñ intelligitur
in aliquo derogatũ hypothecę, vt est casus in l. si ꝯsensit, §. fin.
ff. qb. mod. pig. vel hyp. sol. faciũt ẽt, q̃ dixi s post Bald. in d. l. pe-
remptorias. Tertio rñdeť, q una pars sñiæ recipit decisionẽ ab
alia parte, l. vtrum, ff. de peti hær. cum simi. Istud ergo capitu-
lũ, p qd Pontius ꝯdẽnať a far bõ dicta vasa dẽt intelligi soluto
pri⁹ pignore nã vt s. dixi, dicta do. Colleta fuit ꝯdemnata ad
onera, q̃ reperiẽť iposita sup bonis sibi i ptẽ obuẽtis, ꝓ sua ra-
ta. Nec huic rõni obstat, si dicať, q i alia pte laudi data fuit di-
latio duorũ mensiũ ipsi d. Colletæ ad soluẽdum ea, ad quæ te
10 neť ipsi Põtio, qa p dilationẽ † datã ad soluendũ nõ intelligiť
remissum pignus, l. lecta, & ibi Ale. col. 5. tradit regulã, q ꝓro-
gatio termini intelligit facta cũ qualitatibus ꝓcedẽtibus. ff. si
cer. pe. acceptať ergo istud i fauorẽ d. Põtij. vñ dr, q eõ ipsa d.
Colleta teneať pfato Põtio ad summã longè maiorẽ, q̃ sit va-
lor dicti argẽti, ꝯpetatq; ipsi Põtio ius retẽtionis rõne pigno
ris & hypothecæ, q pp ea nullo mõ dr ꝯuenisse: nam vbi ex iu
sta cã ꝯuenit laudo, nunq̃ pęna ꝯmittit. & vbi ꝯmissa foret, iu-
sta cã litigãdi excusat. Raph. Ful. cons. 171. Gerardus. Quarto
rñdeť, q cessantibus oĩbus ꝓdictis, nihilominus fiscus nõ po-
tuit agere ad dictã pœnã, qa sup isto dubio, an istud laudũ in
ea pte, qua dictus Pontius ꝯdẽnat a far bõ la dicta vasella, factũ
fuit ꝯpromissum in dictũ arbitratorẽ, ẽt virtute illius reserua
tionis, q si oriať aliqua dubõ sup ꝓmissis, q ipse arbitrator ha
11 beat ptãtẽ declarãdi & iudicãdi. pẽdẽte † ergo ꝯpromisso, seu.
declaratione, nulla actio cũ effectu ꝯpetit ad pęnã, casus est i.
l. q Romæ, §. duo fratres, ſm lecturã cõiter approbatã, ff. d ver.
obli. & ibi Bar. & alij, & Bar. in l. Iulianus, colũ. 3. ff. de condi. in
deb. Nec obst. si dicat laudũ fuisse emologatũ, qa verũ est, sed
intelligiť emologatũ cũ oĩbus suis qualitatibus, videlicet sub
cõdõne, q si suboriať dubitatio, q declareť p dictũ arbitrato
rẽ. Nõ ob. q sit iuratũ de ñ petẽdo reductionẽ ad arbitriũ bo
ni uiri, qa debet intelligi si æquũ & iustũ fuerit laudũ. c. Quin
tauallis, de iureiu. l. si libertus, ff. de ope. lib. Bart. in l. societatẽ,
§. arbitrorũ, ff. pro soc. & alibi sæpe. vel debet intelligi, nisi fue-
rit ꝯuentũ, q liceat reductionẽ petere, vt in casu isto, in quo
factũ est nouũ ꝯpromissum sup dubijs emergẽtibus super ip
so laudo. Nõ obst. deniq;, q ipse post trãsactionẽ soluerit æsti-
mationẽ dicti argẽti i parte, & i parte ipsa vasa restituerit: qa
soluit metu carceris, & cũ ꝓtestatione q ꝯpulsus p iniuriam,
& metu carcerũ soluebat, q̃ ꝓtestatio vestita a cã metus, tol-
lit mẽtẽ & animũ à facto, c. 1. quod met. cau. est. n. metus car-
ceris in viro honesto, & in prudenti mercatore iustissimus, l.
12 qui in carcerem, ff. q met. cau. Præterea compulsus per iniu-
riam iudicis, non dr † spontè soluere, l. 3. §. carcerum. ff. eod. ti.

Item & si tacitã confessionem fiscus velit elicere ex illa solu-
tione, dico q quo animo fiat solutio, dependet a voluntate
soluentis, ergo a sola eius voluntate recipit intellectum, l. at si
quis, § plerinq;, ff. de relig. & sum, fu. cũ ergo declarauerit ani-
mũ suũ, q dictã solutionem fecit, nõ qa sit obligatus virtute
dicti laudi, sed qa compulsus viribus ꝓturæ, nihil est q propo
nať quare ꝯsiteri videat. Vltimo aõ crediderim fiscum R eue.
do. plenerariorum in hmõi actione, qa & si cõmissa mero iu-
13 re fuisset pęna, tñ de æquitate † canonica semp hẽt locũ pur
gano moræ, vt p Alex. & alios in l. si insulam, ff. de verb. obli.
Ideo cum Pontius paruerit effectualiter laudo, non debet fi-
scus pęnam exigere. Ita in casu isto cõsuluit punctualiter Bal.
consi. 117. super primo puncto, lib. 5. Laus Deo.

¶ De iudi. & foro compe.

RESPONSVM I.

CVm causa promissionis indẽnitatis sit diuersa
a cã rescissionis ꝯctus. Ideo in hmõi causis
nec l. ubi cœptũ, de iud. ff. minusq; l. nulli, C. eod nec
ẽt c. dispendiosa, de rescr. in 6. locum sibi vẽdicant.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad l. vbi captum ff. de iud. & ad l. nulli C. eo.*
2 *Intellectus c. dispendiosa, de rescr. in 6.*
3 *Causa promissionis indemnitatis, differt a causa rescissionis contractus, nam una non parit exceptionem rei iudicatæ in altera.*

Respon. interpreta.

LEx vbi cœptum, ff. de iudi. & materia præuentio-
nis nõ seruit in casu, ꝓposito, qa ꝓcedit qñ ea-
dẽ est cã, & diuersa actio. c. ꝓposuisti, versi. ꝓdicta cã,
de foro compe. Regula etiam l. nulli, C. de iudi. q cõ-
tinentia causæ non sit diuidenda, vera est. Verum tripliciter
causæ se possunt inuicem contingere, vt declarat ibi Ias. tñ
non video qño causa indemnitatis sit connexa cum causa re
1 scissionis ꝯctus, imò penitus diuersa, † vt infra subijciam. igiť
&c. ¶ Dispositio etiam c. dispendiosa, de rescr. in sexto, qua ca
uetur, q non valeant rescripta impetrata ad diuersos iudices
super pluribus actionibus personalibus contra vnum nihil fa
2 cit ad rumbum, quia loquitur in pluribus † delegatis, quorũ
iurisdictio est odiosa: nos loquimur in ordinarijs, corã qbus
non hẽt locũ dispõ illius capituli, ſm Gem. & alios cõiter ibi, &
istud sans patet ex stilo & practica cõi. Itẽ non habet locum,
vbi reus ꝯsensisset posse vocari coram quocunque iudice, ſm
gl. & oẽs ibi, & hoc est expeditũ: sed in isto casu rea conuẽta
in instro indẽnitatis, ꝓmisit stare in quocũq; foro, vt latè legi-
tur in eo, igiť &c. ¶ Quod aũt sint diuersæ actiones, patet de-
sertã actio rõne ꝓmissionis indẽnitatis, est actio ex stipulatu,
l. 5. § stipulatio, ff. de verb. obl. & Inst. eo. in prin. & §. 1. ad re-
3 scindẽdũ vero agitur officio iudicis. & q sit diuersa † cã, patet
ad oculum, quia una nõ parit exceptionẽ rei iudicatæ in alte
ra: oã esto q seraťsñia rescissoria in fauorẽ dñi lo. vel ꝯ, in om
nẽ euẽtũ soror ꝯuenta tenebit seruare indemnem fratrem a
solutis ꝓ dote promissa p eã eius scdo viro. & a dãnis, &c. Et
hoc tã actione ex stipulatu, q̃ negotiorũ gestorum. ex istis in
ferť, q cũ alia sit actio, alia cã petẽdi, q diuersum erit iudiciũ,
vt est casus in l. & an eãdẽ, in prin. ff. de excep. rei iudic. cũ igi-
tur ita sit, q diuersum sit iudicium, nihil faciunt allegata pro
parte sororis petentis remissionem. Laus Deo.

RESPON. II.

IVdex cãæ principalis de incidentibus, emergenti-
bus, & connexis iudicare debere exploratiu iu
ris est. iõ cũ cã, & ꝯctus principalis mercãtilis sit, merca-
tores iudices desiderat, ꝓsertim stãte lege municipali su
per questione proposita: quare super restitutione in integrũ
peti ta mercatores iudices adiri debere dubium non est.

SVMMARIVM.

1 *Iudex causæ principalis, etiam de incidentibus, emergentibus, & connexis iudicare debet.*

Respon. interpreta.

PLacet præmissa consultatio, hac potissima ra-
1 tione, quia iudex † causæ principalis,
est etiam iudex causæ incidentis & emergentis. l.
quoties, C. de iudi. & iudex causæ præparata debet es
se iudex causæ præparantis, l. ordinarij. C. de rei vendi. & dixi

hoc

hoc anno in rub. extra de iud. vnde cum causa, & contractus principalis sit mercantilis, & iudices mercatores sint, & esse debeāt, sic disponentibus statutis, vt præmittitur, iudices causę principalis vti mercantilis, eadem ratione debent esse iudices restitutionis in integrū, petitæ incidenter aduersus contractus, & aduersus petita per hos præstantes mercatores; & eo maximè, quia causa restitutionis habet connexitatem cum causa mercantili, quia in ea venit discutienda ratio, quā alleg. nobilis Ioachinus, que non potest discuti absque calculo, & remissione librorum mercantię, & nummulariæ, de qua in articulis. Ideo iudices mercatores, iudices causæ principalis, erunt etiam iudices omnium connexorum, c. quanto, de
1 iudi. cum vulgaribus, & ꝙ iudices causæ principalis debeant esse iudices causæ restitutionis in integrum, tenet Alc. in d. l. quoties. per tex. in l. fi. C. vbi, & apud quos in inte. rest. & cap. pe. de in integ. rest. & signanter dixit Bal. consi. 358. super eo, ꝙ queritur, vol. 3 ꝙ si causa principalis sit compromittenda, etiamꝗ causa restitutionis in integ. petita per minorē aduersus contractum tempore debito, erit compromittenda. Nec me mouet inquantum opponitur, quod præfati mercatores mutuarunt petitam summam institori quia posito sine veri preiudicio, qđ fuisset mutuatū tū tale mutuum fuit factū ex
2 causa mercantili, vt apparet tā ex apochis q̄ ex articulis d. Ioachini. Ideo etiam de tali mutuo mercatores sunt iudices competentes, & in terminis consuluit Bal. cons. 440. inci. premissis verbis, in 4 pa. Reliqua vero, quæ in cedula continentur, & in suprascripto consilio recitantur, non attingo, quia non concernunt articulum iurisdictionis, sed merita causarum principalis, & restitutionis in integrum, &c. Laus Deo.

RESPONSVM III.

Cum crimen adulterij, & incestus contra laicum mixti fori sit, ideo præuentioni locus est. Quare Titius coram seculari iudice de adulterio, & incestu in neptem cognitam perpetrato conuictus, ab eodem puniri potest.

SVMMARIVM.

1 *Crimen adulterij. & incestus, & mixti fori, etiam contra laicos, & ideo præuentioni locus est.*

Respon. Interpreta.

non potuerunt grauari, est semis, d. auth. nouissima. Esset tũc
deueniẽdum ad testm̃ Iacobi. Verũ qa ipse substõnẽ a Ioãne
eius patre factã de secundo genito domus de Claromonte
comprobauit & repetiit, ñ expedit aliter insistere, quia dicta
& cõclusa circa testm̃ Io. repetita videri p̃nt circa testamẽtũ
Iac. idẽ disponẽtis. Veniamus ergo ad secũdã partem consul
tationis ꝓpositæ, videlicet ad pacta m̃rimonialia, circa q̃ de
pluribus dubitat. Et primo discutienda sunt pacta inita in ꝯ-
ctu m̃rimonii quõdam d. Io. & do. Mariæ de Culant. Ex quib.
19 plurimæ oriuntur dubiõnes, quarũ prima est vtrum † valeat
pactũ illud, quo cautũ ẽ, quòd fauore dicti matrimonii Ioã.
sit hr̃s vlr̃s Ant. eius patris reseruatis vsufructib. eius vita du-
rante & sexcentis libris annui redditus, de qbus dictus d. An-
to. possit liberè disponere. Et prima facie vr̃ rñdẽdũ, quod va
leat, qa stante reseruatione p̃dicta ꝯstat tale pactũ nõ esse de
vlr̃ successione, ergo vr̃ ualidum, cũ nõ auferat liberã testan
di facultatẽ, qua rõne dicit Bal. post Pe. in l. fi. col. fi. C. de pac.
quod valeat donatio certę partis hæreditatis. & ita videtur uel
le Alex. consi. 29. perspectis, col. 5. lib. 5. Et quia d. Anto. iurauit
non ꝯuenire, quo casu videtur seruãdum iurm̃, cũ possit ser-
uari absque detrimento salutis ęternæ, c. queadmodũ, de iu-
iu. & quia iurm̃ facit actũ valere eo mõ, quo valere p̃t, l. cum
p̃r. §. filius matrem, ff. de leg. 2. cũ ergo tale pactũ possit valere
in vim donationis inter uiuos, vt dicit Bal. in d. l. fin. Barto. &
alii in l. stipulõ hoc modo concepta, ff. de verb. ob. vbi firmãt
valere donationẽ particularẽ collatã post mortẽ, & ꝯñr uale
bit istud pactum, vt donatio, qa est particularis, stãte reserua
tione premissa & quia vbi tale pactũ non valeret ð iure cõi,
tñ vr̃ sustinendũ p ꝯsuetudinẽ, q̃ (ut aliqui dñt) viget in Gal-
lia, vt in ꝯctu matrimonii possit hr̃ditas dari pacto. Ita Bal. in
l. eũ Archimedorũ. col. fi. C. vt in poss. leg. in c. 1. §. filii nati. p il-
lum tex. si de feu. fue. cõtro. inter do. & agna. vasa. Et stãte hu-
iusmodi ꝯsuetudine ita determinat Steph. Aufrerii in addic.
ad Capel. Tholosa. decis. 452. vbi subdit ita fuisse per plura ar-
resta decisum inter nobiles. Præmissis non ob. ꝯtrium (ꝙ non
20 valeat tale pactũ) probatur, quia pacto † dari nõ p̃t hr̃ditas l.
hr̃ditas. C. de pac. conuen. & ratio est multiplex. Primo, quia
alia pacta tollunt liberam facultatẽ testandi, qd̃ est ꝯ bonos
mores, l. ex eo. C. de inutil. stipul. l. pactũ, ꝙ dotali, C. de pac.
cũ simi. Scd̃o, qa inducit votum captandæ mortis l. fin. C. de
pact. c. detestanda. de conces. p̃ben. lib. 6. Tertio, qa necessitat
ad id, qd̃ liberi arbitrii esse debet, l. 1. C. de sacrosan. eccle. & ita
ꝯcludũt oẽs scrib. ĩ d. l. pactũ. & in d. l. fi. & in d. l. stipulato hoc
mõ concepta, & firmat latè Alex. consi. 28. lib. 3. & auctorita-
tes ad hoc abundant. Et ista ꝯclõ uerissima apparebit, si alle
gata in ꝯtrium tollantur. Non obst. itaq;, dũ dr̃. ꝙ pp reserua-
tionẽ nõ ẽ pactũ de vlr̃ successione. Quia rñdetur dupliciter:
21 primo ꝙ ẽt† pactũ de particulari successione est a iure repro
batũ, vt est tex. in d. l. pactũ, qd̃ dotali, quẽ ibi no. Dec. in 4. ꝯpla
tione. & ita firmat Pet. de Anch. in rubri. de test. ad fi. Alex. in
d. l. fi. col. fin. Deci. consi. 184. col. 4. Barto. consi. statim allegan-
do. militat enim rõ uoti captandæ mortis ẽt in parte, nec li-
bera foret testandi facultas in ea parte, qua ualeret pactum,
Sequereturq; eũdẽ posse decedere cũ plurib. testãs, & vltim.
uoluntatib. qd̃ est in iure absonum. Scd̃o rñdetur, ꝙ hoc pa
ctũ est de vlr̃ successione, vt patet ex contextu uerborũ ibi, ꝙ
sit hr̃s vniuersalis. Nec reseruatio disponẽdi de sexcẽtis libris
annuit facit ꝙ Ioan. ñ sit hr̃s uniuersalis, qa si do. Ant. ñ dispo
suit de illis sexcentis libris, tũc accreuerũt ipsi hr̃di, l. 1. §. si ex fũ
do. ff. de hęred. insti. Si vero disposuit instituendo alium in di-
ctis sexcentum, ille institutus in re certa erat legatarius, l. quo
ties. C. de hr̃d. inst. l. cum quidam, ff. de liber. & posthu. & idem
de reseruatione usufr. dicẽdũ est. p̃terea reseruatio usufru:
22 † nõ ꝯseruat facultatẽ testandi, qa vsusfr. finitur morte, §. fini
tur, Insti. de vsuf. qd̃ maximè dicendũ est, qa huiõi reseruatio
legit̃ restricta ad uitã, vt sonãt illa verba, sua uite durãt. Et ita in
proposito rñdet Pau. de Cas. in d. l. fi. & cons. 75. in 2. parte no
tandũ est. Seqtur Cor. consi. 176. in p̃nti, li. 2. Et Dec. ꝯl. 30. col.
23 2. Similiter ñ ob. iurm̃, qa tale† iurm̃ p̃stitũ ꝯ bonos mores ñ
ẽ obligatoriũ, reg. ñ est obligatoriũ, de reg. iur. in 6. Et ꝙ pa
ctum de futura successione nõ firmetur iurõ, firmãt Cy. Bar.
Ang. Pau. & alii oẽs, nemine discrepante, in d. l. pactũ, & in d. l.
fi. firmant omnes Canonist. in c. cũ contingat de iureiu. Bart.
in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & ita concludit Ale. in d. cõsi.
28. Nec quicq̃ facit, qd̃ dicit Bald. in d. c. 1. §. filii nati, si de feud.
fuer. controu. inter do. & agna. vas. quem secutus est Aufr. in
loco p̃alle qa nec rationes suę cõcludũt, & ipsi fuerunt varii,
& ꝯtrariã Bal. ꝯtrium firmat in d. l. pactũ. & in d. l. fi. vbi dicit, ꝙ
tale iurm̃ non obligat qa ꝯ ius diuinum, & ꝯ oẽm rõnẽ, & ip
se Aufre. testator se ꝓpriũ toties variasse. Qd̃ eorũ rõnes sunt
friuolæ & nõ ꝯcludentes patet. Mouentur. n. primo p tex. in
c. 2. de pac. lib. 6. q loqtur in pacto negatiuo de nõ succedẽdo
quod nõ inducit votũ captandæ mortis, iõ firmatur iurõ ſm
Bar. in d. l. si qs ꝓ eo, & sequũtur oẽs in l. pactũ, C. de coll. Mo-
uẽtur ẽt vnica ratione, imo p̃niciosa persuasione. dicũt n. ꝙ
nõ dẽmus dicere, ꝙ tale pactũ inducat votũ captãdæ mortis,
qa nescimus qd sit in aĩo paciscentiũ, sed bñ scimus ꝙ iurm̃
seruari p̃t sine interitu salutis eternę. Sed licèt nesciam⁹ nos
qd sit in aĩo paciscentiũ, id saltẽ scimus, ꝙ tale pactũ præstat
occasionem captãdæ mortis: & sic scimus, ꝙ est ꝯ bonos mo
res, ergo nulla rõne dẽt iurõ firmari, d. reg. non est obligato-
riũ. Itẽ id ẽt scimus, ꝙ in aĩo paciscentis p̃t esse huiõi votum
mortis captandę, ergo non refert, ꝙ ẽt possit non esse, cũ lex
24 non sit facta propter bonos, sed propter malos, capit. licet, de
reg. §. quia vero, in Aut. ut sine ꝓhib. matr. & licèt sit possibi-
le reperire aliquos bonos viros, quod rarissimum est, teste Sa
tyrico Iuuenale inquiente, Rari quippe boni, &c. nam & Fili
us ante diem patrios inquirit in annos, vt inquit elegans ille
poeta Ouid. non tamen in eis cessat legis vigor, q ad obuian-
dum fraudibus, & hominum malitiis inuẽtus est, l. 1. §. sexum,
ff. de postu. nota. Mod. in c. sedes, de rescrip. Præterea hæc est
p̃sumptio iuris, & de iure, cũ hac p̃sumptione voti captandæ
mortis lex statuerit pactũ huiusmodi non esse recipiẽdũ, d. l.
25 ex eo, & d. l. pactũ, vbi ãt† lex p̃sumit, & super p̃sumpto statuit,
nõ licet nobis ꝯtrñ allegare, nec p̃sumere: qa p̃sumptio legis
superat p̃sumptionẽ hominis, c. iuuenis, de sponi. not. in aut.
sed iã necesse, C. de don. an. nup. & opin. Bald. in d. c. moribus
reprehendit Iaco Aluar. ibi, & Alex. in d. consi. 28. licèt nõ ita
aperte respondeant rationibus adductis per Bal. non obst. p̃
tensa consuetudo, q̃ ſm Bal. in c. 1. §. filii nati, si de feu. fue. con
tro. inter domi & agna. vasa. põt inter nobiles habere aliqd̃
motiuũ æquitatis fauore matrimonii, quia sub tali pacto no-
biles inueniunt nobiliores vxores, & inde crescit nobilitas,

facta donatio, uec ex ea ius aliq̃ illis acq̃situ͂, licèt fauore ip-
sorũ facta dicatur, l. si pro parte, vbi Cy. Bal. & alii no. C. de do.
ꝓmis. vbi si dos ꝓmittat̃ viro ꝑ muliere, & in ei' fauorẽ tñ ip
si mulieri nõ acquirit ius agẽdi ex tali ꝓmissione. facit qđ no
ta. in l. quęcunq; gerimus, ff. de act. & ob. & in l. hmõi, in prin.
ff. de leg. i. Itẽ facit, q̃a inferius declarat̃ qualis sit, & in quo cõ
sistat ille fauor liberorũ, & nusquã dr̃ ꝙ do. Ioan. donatarius
teneat illa castra restituere, vel dimittere dictis ei' liberis. Sed
tm̃ dr̃, ꝙ filius masculus, q erit hæres do. Ioã teneat̃ dotare fi-
lias, &c. Ideo vr̃, ꝙ dicta castra soli Ioanni donata intelligi de
beãt, ita ꝙ de eisdẽ ipse liberè potuerit disponere. Et non po
tuerit in illis a p̃re fideic. grauari, ex quo iã erãt effecta ꝓpria
ipsius do. Ioan. per retentionẽ ususf. illorũ, l. si qs argẽtũ, §. sed
37 si qdẽ, & l. q̃sqs, C. de don. Nã in fideic. vniuersali ñ veniũt bo-
na ꝓpria hæredis grauati, l. cohæredi, §. cũ filiæ, ff. de uulg. Et
p̃missa ꝯclusione stãte, hñ sequit̃, ꝙ filiab. dicti d. Ioan. non in
telligunt̃ ullatenus donata dicta castra. Et maximè q̃a in cete
ris capitulis matrimonii filiæ semper excludũtur a successio-
ne & bonis donantis mediante dote 5000. scutorũ. Et ex p̃-
missis etiã erãt sopita alia dubia ĩ scđo q̃sito formata. Sed po
sito, ꝙ ex illo pacto intelligeret̃ donata illa castra liberis ex
illo m̃rimonio nascituris, ordine successiuo post mortem do.
Ioan. prout magis vr̃ esse dẽ mente donantis: adhuc tñ nulla
tenus in tali donatione ꝯprehẽderent̃ filiæ feminæ, nisi ꝓut
38 inferius dictũ & declaratũ reperiet, q̃a ex dispõne† declarata
non acq̃rit̃, nisi quatenus in declarante ꝯtinet̃, l. asse toto, ff.
de hæred. inst. l. si ita scripsero. ff. de ꝯdi & dem. sed in dispõne
declarante nõ legit̃ aliquatenus facta donatio filiabus de di-
ctis castris, nec de aliis bonis, sed solũ iubent dotari de sũma
prædicta 5000. scutorũ, ergo &c. Et istud, ꝙ filiæ fœmine sint
oĩno exclusę a p̃dictis bonis donãtis, nõ vr̃ recipere probabi-
lẽ dubitationẽ. Filiis autẽ masculis ex eodẽ matrimonio na-
sciturus vĩr etiã donata castra p̃dicta post do. Ioã. & hoc ĩ vim
modi adiecti p illa verba, fauore liberorũ, ꝓ illis elocandis, ad
ressandis, seu instituẽdis, & ꝓuehẽdis, ut inf. declarabit, nam il
la dictio, ꝓ, inducit modũ, s̃m Bar. in l. quib. dieb. §. Termilius,
ff. de ꝯd. & demon. Sed ex modo apposito in donatione ĩ fa-
uorẽ tertii acq̃rit illi tertio ius, & actio sine cessiõe, & hoc fa-
uore exercẽtis liberalitatẽ, casus est in l. quoties C. de do. quę
sub mo. p quẽ ita in terminis dicunt Pau. de Cast. & Corn in
l. 2. C. de his, quæ sub mo. cum similibus traditis per Soc. q idẽ
tenet, in consi. 236. placet, col. j. in 2. pte. Cõprobat̃ ista ꝯclusio.
Primo, quia nisi ita dicamus, illa uerba fauore liberorũ, & pro
illis elocãdis, &c. frustra viderent̃ apposita, & nihil uiderẽtur
operari, ꝯ l. si qñ, ff. de leg. i. Secundo. q̃a postea excludendo fi
lias mediantib. 5000. scutis, videt̃ satis declarare donans se uel
le, ꝙ illa Castra pertineant masculis, quia exclusio filiarũ, est ĩ
clusio masculorũ, l. cũ prætor, ff. de iud. Tertio, quia grauan
do masculos nascituros ex illo matrimonio, ut manteneãt, &
dotẽt filias eiusdẽ m̃rimonii, ut legit in septimo c. m̃rimonia-
li, videtur eo ipso declaratũ, ꝙ dicta castra donata pro mantẽ
dis & adressãdis p̃dictis liberis spectent, & remaneãt masculis
tm̃, q̃a sic grauãdo, censetur eos etiam ita honorasse, attento
maximè quod iam in dicto i. pacto uoluerat eisdem masculis
prouiderẽ de prædictis Castris. & sic ad illa erant expresse vo-
cati mõ j. declarando. pro quo benè facit illa communis, & re
cepta cõclusio, ꝙ licèt liberi in cõdõne positi non intelligan
39 tur honorati, tamen si grauentur† fideic. tũc censent̃ honora
ti, ut tradit Corne. in l. ab eo, C de fideicom. & Moderni com-
muniter post Barto. in l. Centurio, ff. de vul. p tex. not. in l. deni
que, §. interdum, ff. de pec. lega. fortius ergo in casu nostro, in
quo masculi fuerunt expresse honorati in vim modi, ut di-
ctum est. Ex qb. infertur, ꝙ do. Io. pr̃ non potuit relinquere d.
Castra filiis suis masculis, & nõ potuit de illis in extraneos di-
sponere, nec tale pactum in preiudicium masculorũ alterare,
ut post Bar. in terminis tenet Alex. in l. qui Romæ, §. Flauius.
ff. de ver. ob. & alibi Soc. in scđa ꝯclusione. an ãt dcã, castra in
40 telligant̃ acq̃sita oĩb. filiis masculis† æqualiter, uel uni soli, quẽ
d. Ioan. pro hęrede suo elegit vr̃ frustratorium disputare, at
tento quod oẽs dicti masculi disposuerunt de illis castris s̃m
uoluntatẽ ipsius primi donantis, scilicet quod deficientibus
omnino masculis ex aliquo ipsorum, dicta Castra, prout cæte
ra bona, ꝑuenirẽt in proximiorẽ domus de Castronouo. Ideo
cum nihil referre vr̃, sint acquisita uni tm̃, an omnib. in hoc
insistendum non vr̃. ¶ Circa istud dubium, s. an institutio hæ-
redis vniuersalis facta de ipso do. Ioannẽ in scđo capitulo ma
trimoniali, dẽat censeri facta eodẽ fauore liberorũ, quo legit̃
facta donatio dictorũ Castrorũ immediatè p̃cedens. Et pau-
cis agendo respondet̃ quod ñ, q̃a si donans hoc uoluisset, veri
similiter expilisset, id quod facile potuisset si uoluisset, ut pri'
fecit. qũ uoluit, vñ cũ nõ expressent, dicẽdũ ẽ, quod hoc no-
luerit, ideo debet haberi ꝓ omisso, ar. l. unicæ, §. finali ad defi-
cientis. C. de cad. tollend. c. ad audientiã, extra de decim. hũ fa-
cit l. si eũ dotẽ, ff. sol. matr. cum sim. Et hoc mõ arguunt Do-
ctores sępissimè, vt eos refert Dec. in consi. 339. & ista ẽ regu-
41 la firma, q† dispõ non habet locũ, nisi in personis in ea exp̃ssis, ideo põt semper dici, de te non loquitur dispositio. & si
vis dicere contrarium, habes necesse probare. secundũ Ioan
nẽ And. in add. Spec. tit. de testamentis, §. i. ver. occurrit, in fin.
Oldra. consi. 21. thema tale est, cum concordantibus traditis
per Soc. consi. 62. col. 3. & cõsi. 63. col. 3. & consi. 56. col. 4. in fi.
vol. 3. hic est, ꝙ una persona substituta in uno casu, non cẽse-
tur substituta in alio casu diuerso, nisi dictũ sit, ut per Soc. cõ
si. 67. col. 2. & 3. uol. 3. & Deci. consi. 384 colu. vlt. bene facit. qđ
post Aretinum dicit Dec. in consil. 314. colu. 2. & consil. 208.
col. 1. & consil. 394. col. 4. in fi. Et quia in contractibus non de-
bet persona extrinsecus subaudiri, l. si ita stipulatus, §. Griso
gonus. ff. de ver. obl. Et ista disputatio tunc esset necessaria, si
talis uniuersalis institutio ualuisset in uim donationis irreuo
cabilis. Sed cum nos teneamus, eam non ualere, nisi in vim
vltimę uoluntatis ad nutum reuocabilis, ideo standum est di
spositioni testamentariæ per dom. Anto. donantem factæ,
quo ad omnia bona, exceptis castris prędictis. Laus Deo Op.
Max. Ita iuris esse respondemus de Ripa & I. Moutaigne.

RESPONSVM II.

Et si conditio substitutionis factæ in codicillis per hęc
verba. Plus ordonne que se ledict Baldesar vesquit
plus que monsieur Iehan. ne q̃ Thomas le substituit en la se-
gneurie de Sinas, si eulxue onthericies masles de leus corps,
defecisse videatur, q̃a dñs Baldesar defunctus sit ante do. Tho
mam, & maximè, cum Ioannes cum liberis decesserit mascu-
lis, quæ liberorum conditio cum copulatiuè adiecta fuerit,
in persona utriusque erat adimplenda. Et quemadmodum
substitutio, si neque Titius neque Mæuius hæredes erunt,
neutrum hæredem esse desiderat, ita huiusmodi substitutio
amborum defectum requirit, nec fideicõ. substitutio habet lo
cum in persona præmorientis, qñ grauati inuicem erant sub
stituti, maximè quando institutus ex uerisimili mente testa-
toris prędilectus sit substituto, quo caso nec pluralitates ĩ sin
gularitates resoluuntur, & conditio apposita in persona plu-
rium in omnium personam est adimplenda. Verum secundũ
ea, quæ proponuntur, huiusmodi substitutionem fideicom.
pluribus factam in personam vnius uerificari respondi: nam
quemadmodum testatorem omnem substitutum habere vo
luisse creditur, si omnium persona defecerit, ita ẽt existimat̃
ꝓpartem ad eum deferri uoluisse, si unius p̃sona defecerit, & p̃
sertim ne codicillaris substitutio inanis iudicetur, si nõ aliter
intelligatur ac expliceẽ, quàm substitutio facta in testõ, q̃ etiã
singulari fauore ipsius dom. Baldesaris facta legit̃, ut ipse te-
stator in codicillis asseruit, idq; ẽt manifestè patet ex illis ver-
bis, cætera vero in testõ contẽta approbat, testõ addidisse, vel
detraxisse, nã per sp̃alem dispõnem codicillorũ, ab uniuersa-
li testãria recessum vr̃: quia etiam in fideicommissis voluntas
magis quàm verborum quæstio attenditur. ideo cum cõstet
testatorẽ in quodam primo testõ ipsum d. Baldessarẽ in por-
tione ipsius domini Ioãnis sine filiis decedentis ipsi domino
Thomæ prætulisse, ita per hmõi substitutionem in codicillis
factam eundem præposuisse, creditur. nec obstat, quod illud
testamentum fuerit reuocatum, quia etiam ex testamẽto re
uocato testatoris uolũtas argui põt, & pręcipuè cũ ex hmõi
interpretatione omnia ad antiquam & primæuam testatoris
uoluntatem, & filii etiam ad ęqualitatem reducantur. Quare
respondi dom. Arnaudum, filium dicti Baldessaris, in parte
d. Ioannis præmortui, saltem in dominatione de Senasio, vir
tute substitutionis fideicommissariæ admittendum fore.

SVMMARIVM.

1 *An substitutio ita concepta, si dominus Baldesar plus uixerit quàm dñs Ioanes, & quã Thomas in persona vtriusque conditionẽ euenire desideret.*
2 *In fideicomissaria substitõne pluralitas quando resoluatur in suas singularitates, & vide nu. 19.*
3 *An coniunctus ex verisimili mente testatoris præferatur substituto adueniente casu substitutionis in personam prima, & uide nu. 18. & 20. & ibi uide, quando persona dicatur magis dilecta.*
4 *An conditio facta in toto, & apposita in persona plurium, in persona unius impleatur, & uide plenius, nu. 16. & 21.*
5 *An testator præsumatur mutare uoluntatem suam, & an correctio præsumatur. & uide nu. 22.*
7 *Substitutio repetita codicillis, debet intelligi cum aliquo effectu, ne frustratoria censeatur.*
8 *Substitutio facta in fauorem alicuius, non debet in odium retorqueri.*
9 *Substitutio facta in augmentum non debet operari diminutionem, nec contra, uide nu. 10.*
11 *Testator voluisse non præsumitur, quod non dixit.*

12 *An substitutioni universali facta in testō, derogetur per specialem factā in codicillis.*

13 *An arguere liceat a testamento reuocato, quantum ad adhibendam declarationem dispositorum in testamento.*

14 *In dubio pater præsumitur æqualitatem seruare voluisse inter filios, & in substitutionibus.*

15 *An substitutio facta sub duabus conditionibus, in utraque conditione sit uerificanda.*

17 *An conditio, quæ tacitè inest, si exprimatur, reddat conditionalem dispositionem, & ibi uide optimam declarationem.*

18 *An substitutio codicillaris fideicommissaria facta de Signoria de Senasio intelligatur facta ultimo morienti, & in parte sua tantum.*

Dirigat me, qui ueritas est, in uiam salutis & ueritatis.

Respon. Interpreta.

Quia Dominus Baldesar mortuus est antequam Tho-
mas, vr̄ quod conditio substitutionis factæ in codi
cillis per hæc verba defecerit, Plus ordone, quę le dict. Balde-
sar veiquit plus que monsicur Iean, ne que Thomas, le sub-
stitut en la seigneurie de Senas, si eulx non hentiers males
de leurs corps. Et consequenter, quod substitutio euanuerit,
l. unica, §. sin autem sub conditione, C. de cadu. toll. Quod au
tem ꝯditio defecerit, probatur, quia facta fuit sub duplici cō
ditione. Prima, si dominus Baldesar plus viueret quàm do. Io.
neque Thomas. Secunda si dicti Ioan. & Thomas filios hære
des non habuerint, & vtraque defecit. prima quidem, quia d.
Baldesar non superuixit plusquam do. Ioan. tamen quia con,
ditio fuit copulatiuè adiecta in persona do. Ioan. & Thomæ,
veniebat in persona vtriusque adimplēda. l. si hæredi plures,
ff. de condi. instit. illa dictio, neque, habet inclusam copulam,
secundum gl. in l. si filiæ, C. de dnna ante nupt. & ibi Bal. & gl.
in l. & quia. ff. de iuris. omni. iudi. & ideo ista substitutio, si Bal-
desar superuixerit plusquam Ioan. & Thomas, debet require
3 re concursum vtriusque copulati † & sic ꝙ Baldesar debuerit
plus viuere quàm d. Ioan. & quam d. Thomas sicut ista substi
tutio, si neque Titius, neque Sēpronius hr̄des erunt, requirit
ꝙ neuter sit hęres, l. quidam testō Proculum, ff. de vul. & pup.
l. si is, qui ducēta, § itē si paterfami. ff. de reb. dub. deficit etiam
scd̄a ꝯditio, quia Thomas decessit cū filiis hr̄dibus, & illa ꝯdō,
si hr̄des masculos nō habuerint, cū fuerit ꝯcepta per verbū
pluralis numeri, si nō habuerint, de proprietate sermonis in
personas vtriusque erat adimplenda, sm̄ Pau. de Castr. ꝯsi. 14.
visis & consideratis. & sic requirebatur, quod neuter habuisset
filios hr̄des, l. si ita qs stipulatus, ff. de ver. obl. & d. l. si is, q ducē
ta, §. utrū, ff. de reb. dub. & dicit Ang. in l. hr̄des mei, §. cū ita, ad
Treb. quod licèt ex mēte testatoris admittat substitutus ī pso
na ultimi moriētis, qn̄ substitutio est facta post mortē pluriū
per noia collectiua ꝯ proprietatē sermonis ex mente testato
ris, d. §. cū ita. tn̄ persona primi morientis nunq̄ admittit ꝯ p-
prietatem uerborum substitutionis copulatiuę, sm̄ Ang. in
d. §. cum ita, & Pau. de Ca. in l. qui duos, ff. de vul. & pup.
3 ¶ Secundo cōprobat, q a licèt aliàs in fideicōmisso † pluralitas
resoluat in suas singularitates, & in cuiuscunq; persona ꝯdō
adimpleatur, hēat in parte illius locū substō fideicō. l. Lucius,
§ Caio, ff. ad Treb. tamen fallit, qn̄ grauati erant inter se inui-
cem substituti, tunc nunquā hēt locū fideicō. in persona pri
mi morientis, vt patet ad sensū, & est casus in d. l. hr̄des mei, §.
cū ita, ff. ad Treb. verū d. Io. d. & Thomas grauati per fideicō
missum in testamento fuerunt inuicem substituti, ergo &c.
1 ¶ Tertio fortificatur, quia ubi superest aliquis institutus, quē
verisimiliter testator voluit p̄ferri substituto, tunc n̄ sufficit,
quod ꝯdō adimpleatur in persona primi, l. pe. C. de impub. q̄
licèt loquatur in pupillari, tn̄ oēs Doctores extēdunt ex idē-
titate rōnis ad fideicom. ut per Bar. & alios, in d. §. cum ita ꝯ-
stat autem testatorem magis dilexisse d. Thomam, quia eum
prætulit Baldesari in substitutione, ergo &c.
¶ Quarto corroborat, q a substō facta fuit in donatione de Se
nasio, & sic in tota, cū indefinita æqpolleat vniuersali, l. si plu-
rib. ff. de leg. 2. c. q a circa, đ priui. et quod testator ītellexerit đ
tota donatione apparet ex verbis testī, ex quib. infertur ad de
clarationē verborū prolatorum in codicillis, l. talis scriptura,
§. fi. cū l. seq. ff. đ le. j. In testō aūt ordinauit, quod donatio đ Se-
nasio teneat ip p vnū tm̄, ergo & idē dd̄m, ꝙ uoluerit teneri
4 eā in solidū p d. do. Bal. verū vbi † ꝯdō facta est in tota, & ꝯdō ē
apposita in persona plurium, non sufficit, quod ꝯdō impleа-
tur in p̄sona unius tm̄, q a alii grauati censent inuicē substitu
ti, l. Titia Seio, §. Seia, ff. de leg. 2. & hoc firmat exp̄sè Pa. đ Ca.
in d. §. cū ita, & ꝯsi 404 duo vidēda sunt. ī prima parte. & Bar.
Bal. & Are in d. l. qdā testō. Ang. ꝯsil. 80. Io. suū cōdidit testm̄.
5 Quinto facit, quia testator † non pręsumitur mutasse volun-
tatem, l. sancimus, C. de testa. l. filiæ cuius, C. fam. ercisc. c. cum
Marthę, de celebra. missa, nec p̄sumit se corrigere, l. nam ad ea,
ff. de cond. & dem. & gn̄aliter non p̄sumitur correctio. l. 1. C. đ
inof. doti. verū si dicimus ꝯditionē illā, si superuixerit plus q̄
do. Ioan. neque do. Tho. copulatiuè esse adimplendā, & plura
litatē non resolui in singularitates, disposita in codicillis cō-
cordabuntur cū dispositis in testamento. Si uero dicimus lo-
cum esse fideic. in personam primi, in cuius persona euenit ꝯ
ditio, tunc substitutioni reciprocę factę in testō de Castro &
Segnoria Senasii inter do. Ioā. & Thomā, erit totaliter dero-
gatum, quod non est præsumendum testatorem voluisse, per
prædicta. & maximè, quia ex tenore testī apparere vr̄ testato-
rem fecisse reciprocam substitutionem inter do. Ioan. & Tho
mam potius ꝯtemplatione dictæ Signoriæ, quàm aliorum bo
norum, capienda igitur erit illa interpretatio, per quam salua
sit reciproca, vt sic scripturæ ꝯcordent, c. cum expediat, de
electio. li. 6. Et si p̄missa videant multū urgere ꝯ do. Arnaud.
filium dn̄i Bal. attamē illis nō obstātib ꝯriam puto fuisse mē
tē testatoris rōnib. maximè infrascrip. ¶ Primo ꝓ do. Arnau-
6 do facit, quia regula est affirmatiua † in cuiuscunque persona
eueniat conditio substitutionis factæ plurib. in illius persona
hēt locū substitutio fideic. l. Luc. §. Caio, ff. ad Treb. l. fi. §. filiū,
ff. de leg. 2. quia cuiuslibet fides rogata cēsei de per se, sm̄ Iac.
But. Bal. & alios, vel quia sicut testator uoluit substitutū hr̄e
totū eueniēte ꝯdōne in persona oīum, ita credendū est vo-
luisse substitutū hr̄e partē eius, in cuius persona euenit ꝯdō,
7 vt declarat Imo. in d. §. cū ita ¶ Secundo, quia substō † in codi-
cillis dēt intelligi facta cum aliquo effectu, ne aliàs frustra te-
stator substitutionem illam fecisse dicatur, l. si qn̄, ff. de leg. 1.
cū solitis ꝯcordantib. vn̄ si ītelligamus, testatorē uoluisse sub-
stituere dn̄m Bal post mortē dn̄orū Io. & Thomę copulatiuè
si sine filiis hr̄dib. decederēt, substō facta in codicillis erit fru
stratoria, q a in testō testōr substituerat d. Bal post mortē ābo
rum copulatiuè, si sine filiis hr̄dibus decederent, nō tm̄ ī Ca-
stro Senasii, sed ēt omnib bonis, ergo &c. ¶ Tertio, quia sub-
stitutio facta in codicillis, fuit facta spāli fauore đ. do. Baldesa-
ris, ut expresè in p̄fationib. codicilli ipse testator protestat. q̄
p̄fationes declarant uerba dubia apposita in codicillis, l. fi. ff.
de hæred. instit. l. Titia, §. 1. ff. de uerb. ob. uerū si illa uerba plus q̄
do. Io. neq; do. Thomas, intelligant copulatiuè, & illa verba, si
hr̄des ex suo corpore non habuerint, non resoluantur in sin
8 gularitates, illa substitutio facta in codicillis retorqueret † in
odiū, l. quod fauore, C. de legi. Nā deficiēte ꝯdone illa, si filios
hr̄des non habuerint, in persona unius sm̄ istū sensum, tota
liter per talem codicillarem substitutionē excluderetur do.
Bal. & tn̄ per substitutionem factam in testō non excludeba-
tur, quia ēt filiis dictorum do. Ioannis & Thomæ substitutus
erat, & non solū ipse, sed eius filii etiam substituti fuerāt, qui
tamen per substitutionem codicillarem non fuerant uoca-
ti. ¶ Quarto, quia substitutio facta in codicillis, sine dubio
9 facta fuit, vt aliquid adderet † substitutioni factæ in testō, qđ
non solum (ut dixi) ex p̄fationibus colligitur, sed etiam ex
illis uerbis, plus ordone, l. si sic, & l. si tibi pure, ff. de leg. 1. verū
si illa verba stant copulatiuè, nec pluralitas resoluatur in suas
singularitates, non plus ordinasset, quàm in testamēto. Imo
minus, & quidem multo minus, quia in testamento, casu quo
ambo decederent sine filiis, nō solum ipsis do. Io. & Thomæ,
sed etiam eorum filiis substituerat dn̄m Baldes. & eius filios
vniuersaliter in omnibus bonis, in codicillis uero in uno Ca-
stro tantum, & ipsis dominis Io. & Tho. totum, & ipsum dn̄m
Baldes. tantum, & non filios. Quinto, quia illa verba, cætera
10 † ueto in testamento contenta approbata, apertè præsuppo-
nunt disposita in codicillis, uel supplere, uel corrigere dispo-
sita in testamento, auth. ex cā, C. de lib. præte. ibi, cætera nam-
que firma manent. Sed si copulatiuè prima condō intelliga-
tur, & secunda nō resoluatur in singularitates, illa dictio, cæ-
tera, non stabit aduersatiuè, nec seruabit naturam suam, igi-
tur &c. ¶ Sexto, quia si dicamus dn̄m Baldesarem substitutū
fuisse in casu tantum, quo ambo præmorianteur, & consequē
ter, ꝙ sit sola reciproca respectu Segnoriæ de Senasio, dicen-
dum uidetur, ꝙ fuerit substitutus in dicta Segnoria ultimo
loco morienti, l. qui duos, ff. de uulg. & pup. sed ista interpreta
tio non est admittenda, patet, quia in testamento substituēdo
do dictum dominum Baldesarem vniuersaliter substituit eū
exprese vltimo morienti, & si uoluisset etiam in particulari
substitutione dictæ Segnoriæ eum substituere ultimo moriē
11 ti, ita † expressisset, sicut facit in vniuersali, argumēto l. unicę
§. sin autem ad deficientis, C. de cadu. toll. ¶ Septimo pro do-
mino Arnaudo facit text. in l. libertis, quos in principio, ff. de
alimen. & cib. lega. ubi per specialem dispositionem factam
in codicillis, uidetur recessum a generali facta in testamen-
to, & econtra, & ibi Bartolus dicit istud procedere in diuer-
sis uoluntatibus. & reperio Curt. sen. consil. 42. quia inquit
Bal. colu. fin. decidētem, quod si testator substituit in testamē
to aliquos in stirpes, & postea eosdem substituit in codicillis
absque

abſque illis verbis,in ſtirpes,ꝙ cenſetur conſultò omiſiſſe il-
la verba,in ſtirpes,& in hoc receſsiſſe a prima ſubſtõne facta
in teſta.ita dicendum in caſu noſtro,ꝙ cum in ſubſtõne fa-
12 cta vniuerſaliter† in teſtamento ſubſtituerit dominum Bal-
deſarem vltimò morien̄t,& in codicillis ſubſtituerit in Segno
ria de Senaſio particulariter,ſimpliciter abſque illis verbis, vl
timo morienti,ꝙ in hoc voluerit recedere a ſubſtõne vniuer
ſali,& ſubſtituere cuilibet de per ſe facit qđ dicit Bald. conſi.
404. Præmittendum eſt,ad finem,lib 4.vbi expreſse dicit,ꝙ ſi
in teſtõ ſit factum fideicommiſſum vniuerſale ſub condõne,
in codicillis vero fideicommiſſum particulare abſque condõ
ne,ꝙ conditio cenſetur adempta in codicillis, & fideicõmiſ-
ſum particulare remanebit purũ. Ita dicemus in caſu occur-
renti,ꝙ voluerit de fideicõmiſſo vniuerſali facto vltimo mo-
rienti adimere donationem de Senaſio, & in illa ſubſtituere
cuilibet in parte ſua, cum hoc fideicommiſſum particulare
fuerit factum vltimo morienti, ſicut vniuerſale. ¶ Octa-
uo,ꝙ fuerit intentio teſtatoris per ſubſtõnem factam in co-
dicillis vocare dominum Baldeſarem ad portionem Do. Io-
annis præmorientis,clariſſimè apparet ex ſubſtõne facta in
primo teſtamento, in quo ipſum D.Baldeſarem prætulit ipſi
domino Thomæ in portione domini Ioannis præmorientis
ſine filiis Et licèt illud teſtamentum fuerit reuocatum per ſe
cundum,§.poſteriore,Inſtit.quib.mo.teſta. infir. tñ quãtum
13 ad declarandum† diſpoſita in vltima voluntate,licitum eſt ſu-
mere argumentum a teſtamento reuocato,l.fi.ff.de reb.cor.
Bar.in l.a.§.teſtamentum,ff.quemad.teſta.aperi.vbi dicit, in-
tereſſe noſtra habere teſtamentum imperfectũ, uel reuoca-
tum pluribus ex cauſis,& maximè quia per tale teſtamentũ
declaratur intentio alterius ultimæ uoluntatis. Hinc dicit im
perator,prodeſſe ſcire antiqua iura correcta, qa per illa decla
rantur noua,l.unica.§.primo,C.de cadu tol.c.fuerunt,diſt. 7.
glo.in c.nouit,de iud.cum ſimilibus. Cognouerat.n.pruden-
tiſſimus pater,ꝙ iniuriã fecerat dño Baldeſari filio ſuo obſe-
quentiſſimo,& bene dilecto,ut ipſe atteſtatur in præfatione
codicillorum,reuocando per ultimum teſtm̃ ſubſtitutionẽ
uniuerſalem factam in primo teſtamento. Idcirco uoluit per
uiam codicillorum occurrere tantæ iniuriæ, reuocando ip-
ſam ſubſtitutionem ſaltem in Segnoria de Sena.capienda eſt
igitur interpretatio huius ultimæ ſubſtitutionis factæ in co-
dicillis,quod teſtator uoluerit,quod locus ſit fideicommiſſo
in perſona domini Ioannis præmorientis, quia per illam re-
ducentur omnia ad antiquam,& primæuam uoluntatem te-
ſtatoris,argumento glo. in capit.1.in uerſi. numerandum,de
præb.lib.6.cum aliis,quæ accumulat Fel.in c. eum acceſſiſſẽt.
col.2.de conſti ¶ Et quia ita interpretando filij eiuſdem teſta
toris reducentur ad æqualitatem nam ſubſtituerat teſtator
dominum Ioannem & dominum Thomam hæredes uniuer
ſales,Baldeſarem uerò hæredem particularem in modico re-
ſpectiuè.ideo in primo teſtamento uoluit præferre in ſubſti
tutione facta domino Ioanni ipſum dominum Baldeſarem
dicto Thomæ,vt eueniente caſu ſubſtitutionis ipſe do.Balde
ſar eſſet æqualis cum D. Thoma. ¶ Et quia cognouit idem te
ſtator,ꝙ per ſecundum teſtamentum reuocauerat hanc ſub
ſtitutionem,fecit codicillos, denuo ſubſtituendo ipſum do-
minum Baldeſarem in Segnoria de Senaſio tam ipſi domi-
no Ioanni,quàm domino Thomæ, vt aliquando eueniente
caſu fideicommiſſi in perſona alterius eorum, reduceretur
diuiſio hæreditatis ad aliquam æqualitatem. in dubio enim
14 præſumendum† eſt, patrem uoluiſſe æqualitatem ſeruare,l.
penultim.C.commu.utriuſ.iudi.l.quæſitũ, §. ſed & ipſe Papi-
nianus,ff.de fund.inſtruc.quam interpretationem iudices ſe
qui debent,ſecundum Socinũ,conſil.108.caſus, Ser Franciſ-
cus,in fine,libro 1.benè facit tex.l.cum pr.§.euictis,ff.de leg.
2.& quod dicit Angel.per illum tex.in §.illud quoque.in Au-
thent.de nuptijs. Et ex reſponſionibus accommodandis ad
allegata in contrarium,manifeſtius cognoſcetur,hanc fuiſſe
defuncti intentionem. ¶ Non obſtat igitur primum, quòd
15 ſubſtitutio† facta fuerit ſub duabus conditionibus,quæ am-
bæ dicuntur defeciſſe:quia reſpondetur,quod imò utraque
purificata fuit in perſona domini Ioannis, qui ſine filijs mor
tuus eſt ante dominum Baldeſarem non obſtat dum dicitur,
quod prima conditio,ſi dominus Baldeſar, magis quàm do-
minus Ioannes,neque dominus Thomas, eſt copulatiuè fa-
cta per dictionem neque,habẽtem incluſam copulam. Quia
16 reſpondetur,quod ex mente† teſtatoris ſufficit, quod condi-
tio ſubſtitutionis factæ poſt mortem plurium etiam copula-
tiuè eueniat in perſona unius tantum,ſecundum Bartolum
& *communiter* Doctores in dicto §.cum ita.& Alex.Imolam,&
Modernio.in d.l.quidam teſtamento Proculum, per textum
in d.§.Caio.quia non poteſt aſſignari ratio differentiæ, an di-
cat teſtator poſt mortem amborum,ut dicit in dicto §. Caio.
an dicat ſi prius moriaĩ dñs Ioannes,& Thomas. & licèt ali-
qui faciant differentiam an ſubſtitutio ſit facta per copulam
expreſſam,an per copulam tacitam incluſam in dictione ne-
que,tamen Alexander.in d.l.quidam,iſtud reprobat. & in ca-
ſu noſtro non poteſt adaptari, quia facientes differentiam
inter copulam,&, & copulam,neque,loquũtur quando ſub-
ſtitutio facta pluribus fuit facta per copulam affirmatiuam,
tunc dicunt locum eſſe fideicommiſſo in perſona cuiuslibet,
ſecus ſi fiat per copulam negatiuam,ut ſi neque Titius, neq;
Mæuius hęredes erunt. & licèt iſti non dicant, ratio poteſt
eſſe,quia negatiua negando plus excludit, quàm affirmatiua
affirmando affirmat,ſecundum gloſſam in l.hoc genus, ff. de
condit.& demonſtrat.in c.cum dilectus, de conſuetu. Hinc
eſt quod ſolo primæuo actu negatiua non adimpletur, ut p
Iaſon.in l.duobus,§.ſi ei,qui.col.a ff.de iureiu. ¶ Præterea tex
tus in dicta l.quidam teſtamento, loquitur in ſubſtitutione
uulgari facta pluribus ſub conditione negatiua appoſita in
perſona pluriũ copulatiuè. Nos loquimur in fideicommiſſa-
ria.& ratio differentiæ eſt,quia in ſubſtitutione fideicommiſ
ſaria cuiuslibet fides rogata uidetur de per ſe, ut ſupra dixi,
ſecus in uulgari,ut latius declarant Doctores in dicto §. cum
ita,& in l prima,ut dixi ff.de uulgari & pupilla.& quòd in uul
gari requiratur,quod omnes repudient,& ſic ꝙ eueniet con
ditio in perſona omnium,eſt tex.in l.quamuis,C. de impube.
& alijs ſubſtit.ſecus in fideicommiſſo, dicto §. Caio. & ratio-
nem diuerſitatis latius explicat Alexander conſilio 103.pon-
deratis his,colum.ſexta,lib 4.quod legitur ad plenum in con-
ſilio vndecimo,lib.3.in caſu autem noſtro, ſi intelligamus ꝙ
dictio neque, copulet negatiuè,vt eſt ſua propria natura, &
ſic apponatur pro id eſt.& non quàm dominus Thomas, vt
in Authentica.de non aliena.§ primo,& dicta l.quidam teſta
mento,cum ſimilibus. Certè clara erit intentio teſtatoris,
quod mortuo domino Ioanne,erit locus fideicommiſſo. Si
verò intelligamus,quod copulet affirmatiuè, vt ſit ſenſus, ſi
dominus Baldeſar magis vixerit quàm dominus Ioannes, &
quàm dominus Thomas,tunc ſecundum omnes,eſt locus fi-
deicommiſſo,etiam in perſona primi morientis, dicto §.Ca-
io.& quod ſit verum,oſtendo aliter.aut volumus referre con
ditionem illam,ſi dom. Baldeſar magis vixerit, ad perſonam
ipſorum dominorum Ioannis, & Thomæ, & tunc perinde
eſt ac ſi teſtator dixiſſet poſt mortem amborum,& tunc ca-
ſus eſſet in dicto §. Caio, quod in cuiuslibet perſona euenit
conditio,locus eſt fideicommiſſo:aut volumus referre illam
conditionem ad ipſum dominum Baldeſarẽ, ut verba ſonãt,
& iſto caſu dico,quod reſpectu ipſius domini Baldeſaris, illa
verba(ſi magis vixerit, quàm domini Ioannes, neque Tho-
mas)non faciunt conditionem,qa tacitè inerat, & conditio
17 †quæ tacitè ineſt,non reddit conditionalem diſpoſitionem,
l.tertia.ff.de leg.1.cap.ad audientiam.ſecundo,de reſcrip.cum
vulg. Quòd reſpectu ipſius ineſſet, patet: quia mortuo fidei-
commiſſario ante grauatos ſub conditione, ſi deceſſerint ſi-
ne liberis ex ſuo corpore(vt in caſu iſto) fideicõmiſſum eua-
neſcit,l.unic.§.ſin autem ſub conditione,C.de caducis tollen
dis,nec tranſmittitur etiam ad deſcendentem,l.unic.C.de iis,
qui ante apertas tabulas,quæ probat per locum a ſpeciali, &
ita tenet glo.ſin.in dicto §.cum ita, cuius opinio eſt *communi-
ter* approbata ſecundum Senio.ibi. reprobata glo. in l ſi ita,
ff.de actio.& obligat.quam reprobat Bartol.in l.prima,quem
alij ſequuntur,ff.de lega.1.Iaſon in l.tertia,C.de fideicommiſ.
cum ſolitis auctoritatibus,quas omitto.& ſi dicatur quod de-
bent operari,quia exponuntur aliter quàm inſint,l.ſi ita lega
tum,§.illi ſi volet,ff.de legatis ſecundo,nam inerat diſiuncti-
uè,dicto §.Caio,& expreſſa fuit copulatiuè. ¶ Reſpondeo ad-
uertendum eſſe,quod talis conditio diſiunctiuè in perſonã
cuiuslibet tacitè ineſt ex legis interpretatione, præſumentis
teſtatorum uoluntatem fuiſſe diſiunctiuè loqui, licèt verba
contrarium ſonent,vt expreſſe dicit text. in dicto §.cum ita,
& ſequuntur Doctores communiter, ut ſtatim dicam, ineſt
etiam copulatiua reſpectu amborum & totius donationis.
hoc ſic præſuppoſito,dico quod talis conditio ſemper ineſt.
ad hoc enim ut diſiunctiuè ſuccedat, neceſſe eſt ut magis
quam alter uiuat,eſt etiam neceſſe quod magis quàm vter-
que viuat,ſi vterque,& in tota donatione debet ſuccedere.
¶ Reſpondeo igitur in forma,quod licèt verba ſint copulati-
uè concepta,tamen legis interpretatione,quo ad quid, habẽ
tur ac ſi diſiunctiuè prolata eſſent:quo vero ad totum ſtãt in
ſua figura.utroque tñ caſu ineſt tacitè ꝯdõ ipſa,ſi ſuperuixe-
rit,ergo nullo pacto reddet ꝯdõnalem ſubſtitutionem,ſed ſo
lum erat contemplanda altera condõ,ſi hæredes ex ſuo cor-
pore non habuerint,quę ſine dubio eſt reſoluẽda in ſuas ſin-
gularitates,plura ꝑallegata,quę hoc manifeſte volunt,& per
fundamenta ꝑdicta, q̃ hanc mẽtem apertiſſime demonſtrant.
¶ Non obſtat primo dictum Ange.in dicto §.cum ita,& Pau
li de Caſtro in d.l.qui duos,ꝙ lex interpretetur locum eſſe fi-

deicom-

deicommisso in persona ultimi morientis tm̄ in parte sua ꝫ
proprietatem verborum copulatiuè prolatorum, quia *com-
munis* opinio est ꝫ Angelum & Pau. de Cast. & ꝫtrium tenent
Bar. Imo. Alexan. & Senen. & in cōtrarium dicit esse commu-
nem Alex. in l. pen. C. de impub. col. penul. vbi omnes conclu-
18 dunt locum esse fideicom. † in personam primi, nisi supersit
persona magis dilecta, quæ ex verisimili mente testatoris ex-
cludat substitutum. Ita Corneus consi. 47. videtur prima facie
lib. 1. & possem allegare infinita consilia, quæ consultò præte
reo, quia non puto expediens esse istud aliter comprobare.
¶ Non obstat fm̄ fundamentum, dum dicitur, ꝙ stante reci-
19 proca substitutione inter grauatos, pluralitas † nō resoluitur,
quia per substitutionem particularem factam in codicillis de
Segnoria Senasij, recessit testātor a reciproca vniuersali facta
in testamento, vt supra probatum fuit per octo fundamēta.
Bald. super gl. in l. diuus Pius, ff. de peti. hære. hoc adnotat non
ineleganter, pluralitatem resolui in suas singularitates. nam
gl. illic in uerbo, quorum iudiciorū, intelligit, hoc est iudicij.
& pro hoc facit tex. apertus in l. falsa demonstratio, §. fi. ibi nā
hunc sermonem, licèt pluralis sit, pro eo accipi oportet, ac si
separatim dixisset, &c. ff. de cond. & demon. Et istud facit pro
statuto puniente falsos testes producentem, vt etiam locum
habeat in producente vnum. ¶ Sed & illud non inconcinnè
adijciendum puto, pluralem dispositionem verificari in sin-
gulari per suas singularitates, l. j. C. de pact. can. 2. dist. j. Quod
tamen sex modis declarat Lud. Gozad. in d. l. 1. & adde textū
in l. a. §. exactis deinde Regibus, & ibi gl. quam ibi sequitur po
litissimus Vdaltricus Zasius, ff. de orig. iuris. Ex proprietate ta-
men verborum pluralis dispositio non resoluitur in singula-
ritates. hoc probat text. in l. Iulius Phebus, quæ est lex postre-
ma, ff. ad Senatusc. Trebellia. idq; regulare esse tradunt recen
tiores interpretes in l. quamuis, C. de impub. & alijs substitu-
tionibus. Nam (vt ait Modestinus Iureconsultus in l. non ali-
ter, ff. de lega. 3.) non aliter a significatione verborum recedi
oportet, quàm cum manifestum est aliud sensisse testatorem
& facit text. in l. vbi numerus, ff. de testibus. in argumentum.
dicit ibi Dominus Vlpianus, Pluralis enim locutio duorū nu-
mero contenta est. Ergo. (data instantia) minori numero cō
tenta non erit. ¶ Ad tertium respondetur, quod maior est ve-
ra, sed minor est falsa. Verum quidem est, si superest persona
20 † magis dilecta, ꝙ excludetur substitutus: sed falsum est ꝙ d.
Thomas. tunc superstes, dicatur persona magis dilecta, quæ
habeat excludere dominū Baldesarem substitutum. dicitur
enim tunc superesse persona, quæ ex verisimili intentione te
statoris habet excludere substitutum, quando superest perso
na prior in gradu, & aliàs sola ab intestato successura, secus si
sit in pari gradu cum substituto, vt in casu isto. text. est ad lite
ram in d. §. cum ita. Et ita declarant Barto. & omnes scribētes
ibi, & Socinus consilio 94. pro clariori intelligentia, colum-
na tertia, libro quarto. ¶ Nec quicquam facit, quod testator
prætulerit in substitutione vniuersali ipsum dominum Tho
mam, quia verum est, quantum ad portionem ipsius domini
Thomæ. Sed quantum ad portionem relictam domino Ioan
ni, de qua agitur, non prætulit dominum Thomam ipsi do-
mino Baldesari, & ideo quantum ad hoc, non potest dici ma-
gis dilectus. ¶ Ad quartum respondetur, quod *communis* opi-
21 nio est, ꝙ etiam si substitutio † fideicommissaria sit facta in to
ta, & integra hæreditate, vel in tota donatione, vt in casu no-
stro, ꝙ nihilominus habeat locum substitutio in persona cu-
iuslibet de per se, per tex. in d. l. fi. §. filium, & in d. §. cum ita, &
ita Ang. Imo. Pau. Raphael Cumanus, & Alexā. in d. l. quidam
testamento, & ibi Alex. dicit, ꝙ ista est communis opinio cō-
tra Bar. & sequaces. Idem tenent Ang. Imo. Alex. & Senen. in
d. §. cum ita. Mathesi. nota 168. Paul. de Castr. in l. Lucius. ff. de
vul. & pup. Antonius de But. consil. 31. visis consilijs. Alexan.
consi. 91. ponderatis ijs, lib. 1. vbi dicit quod magis communis
est contra Bar. quam semper legendo, & consulendo secutus
fuit, & idem Alex. consi. 92. super eodem, libro 3. & consil. 14.
super quæstione proposita, libro 4. Bal. consi. 271. lib. 3. Alexā.
consi. 203. lib. 4. quod repetitum est, vt ibi videre licet. & Soc.
met in dicto consi. 94. non videtur approbare simpliciter, sed
in casu suo tantum, qui non est casus noster. ¶ Ad text. in di-
cto §. Seia. respondetur quod ibi alia plura concurrebāt, quæ
non sunt in casu nostro, ibi erat facta substitutio in toto, &
vltimo morienti, & prohibita alienatio totius & alia, quæ pō
derat Alexander in l. pater filiam, §. fina. ff. ad leg. falc. & Iason
in dicta l. quidam, & in l. vel singulis, cod. titulo. & in l. penulti
ma, C. de impuber. Alexander consilio 55. prospectis his, col.
8. lib. 4. Præterea substitutio fideicommissaria facta in codicil
lis, est facta per verba indefinita, quo casu est perinde, ac si p
verba simplicia facta foret, secundum Alexandrū post alios,
22 in dicto §. cum ita, colum. 3. ¶ Ad vltimum, quòd testator † nō
præsumatur mutasse voluntatem. Respondetur verum esse,
nisi contrarium appareat tacitè, vel expressè: hic autem con-
stat ipsum mutasse voluntatem, quò ad donationem de Se-
nasio expressè, & ex coniecturis, & rationibus, quibus supra.
Nam in ultimis voluntatibus ita obseruanda est voluntas ta-
cita elicita ex coniecturis a verisimili intentione testatoris, si
cut expressa, l. cum res, & ibi Ias. in 6. notab. ff. de leg. 1. l. Titius,
§. Lucius, ff. de lib. & posthu. ¶ Nam taciti & expressi par est
virtus in ultimis uoluntatibus, vt colligitur ex dict. § Lucius.
Nam uerba etiam ex mente accipiēda sunt, l. nominis & rei.
§. verbum ex legibus, ff. de rerum & verb. signifi. qui text. licèt
de legibus expressim loquatur, tamen ampliari potest ad ulti
mas voluntates, idque fauore earum. Coniecturæ autem ta-
citæ voluntatis, vnde sumi debeant, notant Doctor. in l. verū,
per illum text. de dona. inter uir. & uxo. ff. ¶ Quod autem su-
perius dictum est, voluntatem testatoris sequendam esse &
seruandam, hoc probat text. formalis in l. in cōditionibus pri
mum locum, ff. de conditio. & demonstra. & in l. si ita sit scri-
ptum, ff. de lega. 1. vbi dicitur, quod uolūtas testatoris etsi ver-
bis expressa non fuerit, seruari debet. vnde Paulus Orianus in
repetitio. l. j. nu. 44. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisdi. dixit,
Bar. scripsisse in l. pe. C. de necess. ser. quod lex volūtatem testa
toris sequitur, sicut uenator leporem. nec immerito, nam vo
luntas testatoris habetur pro lege. §. disponat, in Authent. de
nupt. colla. 4. vbi dicit Imperator, disponat itaque vnusquis-
que in suis ut dignum est, & sit lex eius voluntas, sicut & anti
quissima nobis lex, &c. ¶ Sed restat scrupulus, quia videtur
ꝙ coiecturæ, de quibus supra in secūdo, tertio, & quarto fun
damētis adductis pro domino Arnaudo, possint facilimè eli-
di, si intelligamus testatorem voluisse substituere ultimo mo
rienti sine filijs, dato ꝙ primus esset mortuus cum filijs, secū-
dum casum propositum in dicto §. cum ita, nam hoc modo
erit salua reciproca, & substitutio facta in codicillis non erit
frustratoria, & sine effectu, quia nisi facta fuisset codicillaris
substitutio, dn̄a Baldesar excludebatur per filios primi præ-
mortui: sic enim expresse disposuerat testator in secundo te
stamento. & ad istum finem potest intelligi facta substitutio
codicillaris & secundum istum sensum testator non fecisset
substitutionem codicillarem frustratoriè ¶ Sed rn̄deo, quod
iste intellectus stare non potest, nec ista fuit intentio testa-
toris: & quod ita sit, demonstro, prius præmittendo, ꝙ reci-
proca facta in testamento inter dominos Ioānem & Thomā
est pura & simplex, etiam si primus moriatur cum filijs.
¶ Secundo præmitto, quòd in casu §. cum ita, reciproca sub
stitutio non erat pura & simplex, sed conditionalis, si alter ꝑ
decesserit sine filijs. ¶ Hoc sic p̄misso, demonstro quod in ca-
23 su nostro substitutio † codicillaris fideicommissaria de Segno
ria de Senasio non potest intelligi facta ab ultimo moriente
in parte sua tantum. nec ab ipso tātum, quia mors utriusque
videlicet tam domini Ioannis, quàm domini Thomæ, est po-
sita in conditione, & quia liberi utriusque sunt etiam in con-
ditione positi, & uterque grauatus, si hæredes nō habuerint,
consequenter non potest dici, ꝙ testator uoluerit, quod sal-
ua sit substitutio reciproca simpliciter & purè facta in testa-
mento: quia ea salua, non esset primus grauatus, eueniente
conditione in persona sui, nec expiraret fideicommissum, de-
ficiente conditione in persona sui, sed solum ultimus graua-
tus esset, sola mors ultimi, soli vltimi morientes essent in con
ditione positi. ¶ Cum igitur uerba substitutionis codicillaris
non conueniant huic intellectui, nec ipsa substitutio stare
possit, salua illa simplici reciproca. ¶ Dicamus, ut supra con-
clusum fuit, per codicillarem substitutionem recessisse testa-
torem ab illa reciproca quantum sit respectu dictæ Segno-
riæ: in casu uero dicti §. cum ita, poterāt uerificari uerba sub-
stitutionis fideicōmissariæ in persona utriusque grauati, quia
reciproca erit conditionalis in persona utriusque, ut supra
dixi, igitur nihil ad casum nostrum.

Laus Deo, de Ripa.

¶ Ad legem Falcidiam.

RESPONSVM I.

CVm portio ex prælegatis cohæredi acquisi-
ta, non prælegata; quia a seipso sibi ip
si legari non potest, sed hæreditaria proprie
appelletur: ideo dubium non est, quin Petrus
quartam partem bonorum ex præallegatis sibi
obuentorum alienare libere potuerit, cum pro quarta testa-
toris hæres extiterit, ac pro ea parte bona hæreditaria, & nō
prælegata dicantur. Quare male, ac inique iudicatum esse re
spondi contra Nauarrinos, ac his cōsortes dictæ quartę par-
tis emptores.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Portio habita ex prælegatis factis cohæredi a cohærede, nõ prælegata, sed hæreditaria propriè appellatur.*
2 *Hæres grauatus restituere hæreditatem, censetur grauatus restituere portionem prælegatorum, quam iure hæreditario capit.*
3 *Rogatus restituere pro quota non censetur grauatus restituere portionem prælegatorum sibi iure hæreditario obuentorum.*
4 *Hæres testatoris pro quarta, pro eadem quarta partem bonorum sibi prælegatorum alienare potest.*
5 *Portio habita ex prælegatis in falcidiam computanda est.*

Qui veritas est, mihi viam veritatis aperiat.

Respon. Interpreta.

Vera, & indubitata conclusio est, quod portio†prælegatorum factorum cohæredi, quæ ipsum hæredẽ tangit, non dicitur prælegata, quia a seipso sibiipsi legari non potest, l. legatum, tertia §. 1 ff. de leg. 1 l. Titia §. Lucius, ff. de leg. 2. ¶ Ratio rationis, quia dicitur, a seipso legari non posse, est, quia nemo sibi donare potest, & inter donantem & accipiẽtem oportere esse differentiam placuit, idque optimè probatur in cap. secundo, de istitut. in uolumine Gregoriano. & ibi no. interpretes. Atqui legatum est donatio a defuncto relicta ab hærede prestanda ita definit Imperator in § i. Inst. de lega. Legari itaque inutiliter ab hærede ut sibiipsi præstet, scribit Modestinus in d. l. legatum, tertia § primo ff. de leg. primo. sic enim ait ibi Iurisconsultus Modestinus. Hęredi a semetipso legatum dari non potest, a cohærede potest. Dare autem est dominium in alium transferre. ita probat textus in §. sic itaque, Institut. de actio. & adde textus notabiles in c. inter dilectos, extra de fide instrumentorum. & cap. si diligenti, de præscri. in antiquis. Quatenus vero pertinet ad §. Lucius, l. Titia, ff de lega. secundo, superius citatum, nullo certe modo congruit proposito, ad quod citatus est atque īductus, immo est ibi species dissimilis, casusque omnino diuersus, & illum §. Lucius, pro contrario allegat Accursiana glo. in d l. legatum, 3. §. primo. Audiamus igitur, Modestinum ita loquentem in d. l. legatum, §. Lucius. Lucius (inquit) Titius in testamento suo ita cauit. Octauianæ Stratonicæ, dulcissimæ filiæ meæ, salutẽ. Volo eam a seipsa accipere uillam cum impositionibus suis omnibus. Et paulo post quærit Iurisconsultus in hæc uerba. Quæro, an huiusmodi scriptura integrum prædium singulis hæredibus datum esse videatur, an uero partem hæreditariam duntaxat contineat, cum inutiliter a semetipso quenquam eorum, quam habebat partem, accipere uoluerit. Modestinus respondit, nõ sic interpretãdam scripturam, de qua quæritur, ut fideicommissum inutile fiat. Ponderatis illa verba, ut fideicommissum, &c. Nam actus ita interpretãdus est, ut potius ualeat, quàm pereat, l. quoties, ff. de reb. du cũ si. Videte ꝯtrarium, & uelut antinomiã, quã ita conat diluere gl. in d. l. legatũ, §. 1. Vt illa lex legatum, 3. §. 1 procedat, quando hęs est solus, §. autem Lucius, quando habet cohæredem. Ego uero aliter hoc contrarium dilui, & dissolui posse puto, ponderatis verbis dari, & accipere. Vt verum sit legatum ab hærede sibiipsi dari non posse, quia nemo sibi dat, ut superius probaui per cap. 2. de institut. extra. & ita loquitur d. l. legatum, §. 1. accipere autem heredi licèt suo iure, ut probatur in l. Titia, §. Lucius, & in l. 10 quartam. ibi, sed & si accepta pecunia, hæreditatem restituere rogatus, ff. ad legem Falcidiam, quod notandum est. ¶ Illi l. in quartam, in principio, uidetur obstare textus l. filium, quẽ hñtem, C. famil. ercis. ubi īputaẽ in quartã etiã pro partibus, q̃ capiuntur a cohæredib. Soluit Cin. ut l. in quartã, procedat, qñ grauatur restituere aliis, lex aũt, filiũ, qñ cohæredib ar. l. Nesennius, ff. ad leg. fal. Et quod dr̃ in illa l. in quartam, ꝙ datum gratia ꝯdõnis implendæ non cõputatur ī quartam, hoc procedit respectu falcidiæ, non autem Trebellianicæ. Et ratio diuersitatis assignatur in d. l. in quartam. Ideo
† cohęres rogatus restituere portionem hæreditatis sibi reli
2 ctam, tenetur restituere portionem prælegatorum, quæ ipsum tangit, quia pro rata sua cohęres percipit prælegata iure hęreditario, non iure prælegati, l. in fideicommissariam, §. fi. ff. ad Trebel. quo fit, ut econtra†rogatus restituere prælegata
3 non teneatur restituere, nisi quæ a cohæredibus percepit, ñ quę a semetipso, quia pro sua portione ñ sunt prælegata. Male ergo iudicatũ vr̃ contra Nauarrinos & litis cõsortes, qa d. Petrus potuit alienare quartã partẽ bonorum sibi prælegatorum, cũ fuerit hæres testatoris†pro quarta parte, pro qua
4 quarta bona dicuntur hæreditaria, non prælegata, d. l. in fideicõmissariã, § fi. hinc est ꝙ suã†portionẽ non teneẽ in falcidiã
5 imputare, qa eã capit iure hr̃ditario, l. in quartã. ff. ad leg. falc.

¶ Ad Senatusconsultum Trebel.

RESPONSVM I.

SVbstitutio in proximiorem de genere suo concepta fratres patrueles, & non sororis filios, ut alieni generis & cognominis admittit; nati namque ex sorore, non matris, sed patris familiam sequuntur: censetur. n. testator huiusmodi substitutione non solum ex fœminino sexu descendentes, uerum & proprias filias excludere, cum conseruandæ familiæ & agnationis ratione ita substitutum fuerit: proinde patrueles omnes proximiores vocari certi iuris est, qui si coniunctim vocẽtur, æquas partes concursu inter eos sortientur. ¶ Fideicommisso ea lege grauatus, ut portio unius deficiens ad alium cõfluat, & ad nouissimum tota hęreditas deuoluatur, perceptiones quoque restituere tenetur, præsertim cum in proposita facti specie tam ex ordine literæ, quam intellectus fideicommissum precesserit grauamen simpliciter iniunctũ nulla bonorum facta commemoratione. Hinc quæstionis est, an de iis perceptionibus Trebellianica detrahi possit, quę alio iure quàm fideicommissi ad cohęredem peruenit, ergo in restitutione non uenit: de portione vero Claudiæ ad Petrũ obuenta, constat eundem Petrum, necnõ eius hæredes Trebellianicam detrahere non posse, cũ ipsa Claudia prohibita fuerit ipsam detrahere ex iis uerbis grauata, omnia bona, & tota hęreditas pleno iure, &c. & ubi non esset detractioni locus, inficiari tamen non potest quin fructus iudicio testatoris ꝑcepti ante restitutionem non sint in Trebellianicam imputandi. nec repugnat dispositio l. iubemus, C. ad Trebellianũ, quia sibi in præsenti casu locum sibi non uendicare, secũdũ ea, quę proponuntur. Proinde dixi integram medietatem hæreditatis Domini Alziati fratribus patruelibus restituẽdam absque detractione tum Trebellianicæ, tum legitimæ, in qua legitima ipse Petrus imputare habet partem hæreditatis ipsi donatam. ¶ Cum sacerdotibus nec aliis liceat procurare, nec testatoris incitare eorum ecclesiis, uel sibi, uel aliis aliquid in aliorum præiudicium relinquere, ideo respondi ecclesiam maiorem suggestionibus fraudulentis, clamoribus ac instigationibus Claudii de Pomerio eiusdem ecclesię canonici in locum D. Saluatoris substitutam prius a testatore nominati ab eodem excludendam esse. nec repugnat ꝙ blando sermone, illecebris, & precib. permissum sit iudicium testatoris in se ꝓuocare, quia fraudulentis dolosisque suasionibus testatorẽ a proposito diuertere prohibitum est.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio de proximiore, seu propinquiore de genere facta, excludit proximiores per lineam fœmininam, qui patris & non matris familiam sequuntur. nec fœmina hoc casu comprehenduntur, uulgo omnis filiy nu. 2.*
3 *Substitutio de proximiore de genere facta, omnes patrueles proximiores admittit; qui si coniunctim uocentur, concursu æquas sortientur partes.*
4 *Coniuncti re & uerbis, concursu sibi partes faciunt.*
5 *Grauatus restituere portiones simpliciter, ad perceptiones quoque grauatus censetur.*
6 *Fideicommissum, quod præcedit grauamen simpliciter iniunctũ tam ex ordine literæ quam intellectus, nulla facta mentione bonorum, perceptiones quoque continet.*
7 *Trebellianica an detrahi possit de perceptionibus restituendis.*
8 *Trebellianica prohibita censetur, si quis grauetur restituere omnia bona, uel totam hæreditatem pleno iure.*
9 *Fructus percepti iudicio testatoris ante restitutionem, an sint imputandi in Trebellianicam.*
10 *Filij an teneantur imputare fructus in Trebellianicam, & ibi uide intellectum l. iubemus, C. ad Trebellianum.*
11 *Filius tenetur imputare suam legitimam partem hæreditatis sibi donatam in contractu matrimonij.*
12 *Sacerdotibus non licet procurare, & incitare testatorem ad aliquid eis relinquendum in alterius damnum.*
13 *Testatoris iudicium licet in se procurare precibus & blando sermone, non autem dolosis, & fraudulentis suasionibus.*

Qui veritas est, me in viam dirigat veritatis.

Respon. Interpreta.

Bene digesta, & iuridicè resoluta fuerũt omnia proposita dubia per præstantẽ Iureconsultum d. Ioannem Montaigne. Verissima est enim prima cõclusio, ꝙ ex substitutione his verbis concepta, eidẽ
2 & vltimo decedenti substituit proximiorem, †seu propingores de genere suo, & cognomine Antardi & suos, censentur vocati fratres patrueles, & nõ filii sororis alterius generis &

cogno

cognominis: nati enim ex sorore non dicuntur de genere &
cognomine aui materni, quia qui nascuntur, patris & non ma
tris familiam sequuntur, Insti. de leg. agnat. tu. §. 1. & c. vbicun-
que, de pœnis, li. 6 ideo testator substituendo proximiorem
de genere suo, cẽsetur excludere proximores per lineam fę-
mininam, vt in terminis decidit Philip. Fran. post Bal. in c. si
pater, col. ante pe. de testa, li. 6. Videtur enim testator voluisse
per talem substitutionem cõseruare bona in sua agnatione
secundum eos, quo casu in substitutione facta fauore cõser-
uandæ familię non comprehenduntur fœminæ, nec descen
dentes ex eis, vt præclarè ostendit do. Philippus Corn consi.
55. pro decisione, libro 1. & consili. 36. videretur prima facie
dicendum, li. 1. Qua ratione & alias recolo respondisse in hu-
iusmodi facti contingentia, matrem horum consobrinorum
2 † non fuisse a dicto Alzario testatore vocatam, quo fit vt nõ
sit aliqualiter dubitandum super huiusmodi quæsito; nam si
mater nõ vocatur, minus filii, l. si viua matre, C. de bonis mat.
Verissimum quoque ẽ ex his verbis, proximoirem seu proxi-
3 miores † de genere suo, vocari omnes patrueles, qui eodem
proximiori gradu existunt, l. cum ita, § in fideicommisso, & l.
peto, §. fi. ff. de leg. 2. & l. si cognatis, vbi Raph. & Mod. ff. de reb.
dub. Et cum collectiuę & coniunctim vocentur, æquæ inter
eos partes fieri debent, l. interdum, ff de hered. instit. Sunt. n.
4 coniuncti re & verbis, † ergo concursu faciunt sibi partes, vt
per Barto. in l. re coniuncti, in tertia quæstione principali pri
mæ partis, ff. de leg. 3. Et hæc prima consultationis pars adeo
clara est, quod non videtur probabilem dubitationem recipere.
Certa quoq; puto, quod in secũda parte cõsultationis recitatur,
quod in restitutione fideicomissi, non solum veniat portio Ga-
brielis, sed etiam portio Claudiæ eidem Gabrieli obuenta, quia
ex contextu fideicomissi apparet, quod testator voluit de vno in
5 alium portionem † deficientem peruenire, & ad vltimum
totum pertinere, ergo in restitutione totum dicitur compre
hensum. vt per Corn. consil, 330. placet. libr. i. Quod absq; du
bio verum est ĩ casu præsenti. in quo tam ex ordine literæ, quam
6 intellectus fideicomissum præcedit † grauamen simpliciter
iunctum, nulla facta mentione bonorum, ſm Bart. & Pau. de
Cast. in l. Scęuola, & in l. Marcellus, §. quidã liberis, ff. ad Treb.
Bal. consi. 406. in qõne. quæ vertitur. li. j. Alexander cõs. 3. li.
j. Corn. consil. 20. videtur, lib. 4. Decius consi. 86. viso puncto.
col. pe. Sed id absq; dubitatione nõ transit an Trebellianica
7 † detrahi possit de portione Claudię & Gabrielis: nam si Pe-
trus fuit heres Gabrielis, & dictę Claudię, videtur quod ex perso-
na ipsorum Gabrielis, & Claudię possit detrahi, quia tũ. Tre-
bellianica ad eũ peruenit alio iure, quàm iure fideicommissi,
ergo in restitutionem non venit, l. qui fundum. §. qui filium,
ff. ad leg. Fal. & consuluit in proposito Bar. consi. si Dominus
Cato, &c. Sed hoc non obstante quãtum sit ex persona Clau
dię, constat Petrum, nec eius hæredes posse detrahere Tre-
bellianicam, quia ipsa Claudia erat prohibita illam detrahe-
8 re per illa verba, omnia bona, † & tota hęreditas pleno iu-
re, &c. quæ geminatio ostendit enixam voluntatẽ loquentis
fuisse, vt nihil detraheretur, arg. l. Balista, ff. ad Treb. Præterea
ibi non cesset detractio Trebellianicæ, id non negabitur, quia
9 fructus percepti † iudicio testatoris ante restitutionẽ non sint
imputandi in ipsam Trebellianicam, l. in fideicommissaria, ff.
ad Treb. qua imputatione facta nihil erit, vt presupponitur, quod
10 veniat detrahẽdum. Nec obstat, quia Petrus est de liberis, † qui
nõ tenentur imputare fructus in Tabellianicam, l. iubemus,
C. ad Treb. quia respondetur dupliciter. primo, quod dispositio
d. l. iubemus, solum procedit quãdo liberi primi gradus sunt
grauati restituere hæreditatem suis fratribus vel fratrũ filiis,
secus si alteri psonę ſm Rayner. Franc. de Ramp. & Cyn. in d.
l. iubemus, per illum tex. in fi. & licèt Sal. & vterque Imol. in l.
quod de bonis, §. quod auus, ff. ad legem Falcid. contrarium
tenuerũt, non tamẽ ab hac sententia antiquorũ est discedẽ-
☞ dum, quia est cõis, ſm quam consuluerunt Lud. Ro. cons. 232.
quatuor sunt quæsita, Pano. consil. 79. illud de iure quæritur,
in 1. parte. & Raph. Com. cõsi. 123. Bartholomeus. col. fi. & se-
quitur d. Alex. ibi contrarius, in d. l. in fideicommissaria. Secũ
do respõdetur, quod dispositio loquitur in liberis primi gradus,
qui fuerunt hæredes patris testatoris, & vt hæredes grauati,
non autem in liberis, qui repudiarunt hereditatem patris,
vt fecit hic Petrus. vnde ad hunc casum non possumus illam
legem extendere, quia Imperator ibi in fine prohibet omnẽ
extensionem extra casum, & personas ibidem nominatas.
Tertio non potest inficiari, quin fructus percepti p Claudiã
& Gabrielem non veniat imputandi, cum ipsa Claudia sit ex
nea, & Gabriel de liberis secundi gradus, in quibus cessat vi-
gor d. l. vt ibi expresse deciditur. Accedo igitur in sententiam
prædicti d. Consultoris, vt integra medietas hæreditatis di-
cti d. Alziarii veniat restituenda fratribus patruelibus absque
detractione Trebellianicæ, & absque detractione legitimę ip
11 sius Petri, quia tenet in suam legitimam † imputare partẽ hę
reditatis ipsi Petro donatam in contractu matrimonii. l. quo
niam nouella, C. de inoffi. testa. Circa vltimum, constito te-
statorem suggestionibus fraudulẽtis, clamoribus. ac instiga-
tionibus Claudii de Pomerio canonici ecclesiæ maioris, sub-
stituisse ipsam ecclesiam in locũ domini Saluatoris prius a
testatore nominati, placet conclusio d. Cõsultoris quod ecclesia
excludatur a dño Saluatore, p tex. in cle. 1. §. quibus ẽr, de priuile.
12 vbi dicitur, nõ licet † sacerdotibus, nec alteri perirare, & inci-
tare testatorẽ, ut aliqd relinquat ecclesiæ in damnũ alterius,
vt procuratũ dicitur a dicto Claudio Canonico, & quibusdã
aliis. Quamuis blando sermone, illecebris, & precibus, permis-
13 sum sit iudiciũ † testatoris in se prouocare, l. fi. C. si quis aliquẽ
testa. prohib. Fraudulentis tamen suasionibus testatorem a
proposito diuertere, prohibitum est, l. 1. in fi. ff. de doli ma. ex-
cep & est tex. in proposito nostro optimus, quem ibi nota,
Bart. in l. Lucius, §. Sempronia, ff. de leg. 2.

Laus Deo Optimo Maximo.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE A SANCTO NAZARIO, IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In ff. Nouum absolutissima Responsa,

Nunc postremò maiori, quàm hactenus vnquam factum sit, diligentia, recognita, & repurgata incipiunt fœliciter.

¶ De donationibus, & ad Treb.

RESPON. PRIMVM.

EX possessione regulariter dominium nō probaẽ, cū agitur de dñio principaliter, secus si incidenter, q̄a ex possessione dñiū ꝓbaẽ. quare fundatã hñt intẽtionẽ filij quondã Delphinę actricis ꝯ Petrū Blanchettū, ꝓbando res eidẽ donatas fuisse in bonis donatricis, licèt de dñio nihil ꝓbauerint, recteq; agunt ꝯ hẽdes donatricis vigore donationis ad rẽ tradẽdã, cū tradendi facultatẽ hēant ex tenuta corporalis possessionis. p hæc verba, & ea vita functa, vel si ꝯtingat eã scdo maritari, fructus, redditus, & pꝓuẽtus ꝯsolident cū ꝓprietatib. fideicõmissū īducit quò ad vsumfructū formalẽ, nō quò ad causalem, cū nunq̃ a proprietatib. separatus dici potuerit, meritò in fideicommisso continetur.

SVMMARIVM.

1 *An ex possessione præsumatur dominiū, ibi vide qñō ꝓcedat, & vide n. 3.*
2 *Intentio donatariorum satis probata dicitur, quò ad obtinendam tradũnem rei donatæ, si probent rem donatam donationis tempore fuisse in bonis donatricis licèt de dominio nihil probauerint.*
4 *Sicut clauus clauum trudit, ita præsumptio p̄sumptionem excludit. & ibi vide intellectum l. Quintus ff de do. int. vir. & vxo.*
5 *Vsusfructus quidã cãlis, quidã formalis est. & ibi vide quid sit de vtroque.*
6 *In legato generali vsusfructus, non venit vsusfructus causalis ex verisimili cogitatione testatoris.*
7 *Hæc verba, ea vita functa, vel si contingat eam secundò maritari, fructus redditus, & prouentus, consolidentur cum proprietatib. ab vsufructu formali, interpretationẽ recipiũt nō a cãli qui nunquã separatus dici potuit.*

Respon. Interpreta.

VIsis, & bene, quantū licuit, ꝯsideratis iis, q̄ hinc inde fuerunt allegata p p̄stantissimos dños Cõsulentes. In cã vertẽte inter filios q. Delphinæ actricis ex vna, & Petrū Blanchettū, reū ex altera visa fuit verior ꝯsultatio illa, q̃ intẽtionẽ agẽtiū fuisse ꝓbatã optimis rõnib. demonstrauit, q̃ ꝯsultationem cõfirmare curabo.
1 † Primò, licèt dr̃ ex possessione nō ꝓbetur dñiū, qñ de eo principaliter q̃rit, vt p Bar. in l. qdã in suo, ff de ꝯd. indeb. tñ talis regula nō ꝓcedit, qñ agit ꝯ eū a quo agẽs p̄tendit cãm dñij, fm Bar. in l. si rẽ alienã. ff. de pig. act. Bal. & alij in l. cū res, C. de ꝓb. nã isto casu ꝓbata possessione, ẽt ꝓbatū dr dñiū. Bene facit, qđ dñt Bar. & alij in l. a diuo Pio, § si super reb. ff. de re iud. ubi ꝯcludũt, q si creditor petat executionẽ in re, uel instñ in bonis debitoris, sufficit ꝓbare d'bitorẽ possidere, q̄a ex possessione p̄sumit dñiū ꝯ debitorẽ, l. 2. vbi Bar. C. ne vx. pro mari. gl. in l. 1. C. de prin. fis. Cū igit donatariæ agãt ꝯ hẽdes donatricis ad
2 res donatas, sufficiẽter fundarũr † earū intẽtionẽ, ꝓbãdo res ipsas fuisse in bonis donatricis, licet nō ꝓbauerint titulū, seu cãm dñi. Et ꝑfecto absonū esset ꝯrũ tenere, q̄a sic esset in facultate donatoris, & hẽdū suorū, reuocare pfectã donationẽ saltẽ p indirectū ꝯ l. pfectã, C. de don. q̄ sub mo. q nō est dðm, reg. cū qđ vna uia, de reg. iur. quō n. verisimiliter poterit donatarius ꝓbare dñiū, si donator, vel eius hẽdes, negẽt se dños? certè nunq̃ & in facto alieno nunq̃ cadit ꝓbabilis sciẽtia, l. si qs delegauerit. ff. de noua. l. n. ẽ, p iur. Scdo moueor, vbi agit
3 de dñio incidẽter † ex possessione p̄sumit dñiū, fm Bart. in d. l. quidã in suo. Pan. in ca. ad sedẽ, in 2. char. de rest. spol. & hoc nō inficiatur, q̄ ꝯsuluit ꝯ has rones Doctorū, sed hic non agitur de dñio principaliter, sed incidẽter. minor iustificat, agũt. n. si hæ donatariæ actione psonali ꝓueniẽte ex ꝯctu donationis ad tradẽdū ꝯ hẽdẽ donatricis habẽtẽ facultatẽ rei tradendæ, cū sit in tenuta & corporali possessione, l. ex empto, ff. de act. emp. Mõ hẽs donatricis ad se defendẽdū, ne teneat, excipit de dñio alterius, ergo incidẽter venit q dñiū in iudicio. Fortius dico, q non põt refricare q̃onẽ dñij, fm Bar. in d. l. si rẽ alienã cū solitis ꝯcor. Præterea exceptio iuris alterius isto casu non est exclusiua intẽtionis agentis: pro iure, cū teneant hẽdes, ẽt si nō sint dñi, tradere. d. l. ex empto. Huic ꝯclusioni nō ob. tale fundñ, dr̃. n. q p̄missa ꝯclusio ꝓcedit p̄sumptiue, q̃ p̄sũptio
4 dẽt cessare in casu isto pp aliã ꝯriã p̄sũptionẽ, q̄a sicut † clauꝰ clauū trudit, ita p̄sũptio p̄sũptionẽ excludit, l. Diuꝰ, ff. de ī ite. re. cū vul. in ꝓposito, cū donatrix sit vidua, ut euitet suspitio turpis q̃stꝰ, p̄sumẽdū est talia bona fuisse mariti. l. Quintꝰ, ff. đ do. int. uir. & ux. l. ẽt, C. e. Sed huic iuridicè r̃ndet dñs ꝯsultor. q̃ partes filiarū tuet, q dispõ d. l. Quintꝰ, nō ꝓcedit qñ mulier tpe mr̃imonij hẽbat aliqua bona ultra dotẽ, ex quorū fruct. verisimiliter potuerit acq̃rere, p qua r̃nsione vltra deducta p cū, allego Lud. Ro. cõs. 119. sup eo. col. 2. placet ẽt alia r̃nsio, q d. l. ꝓcedit, qñ mulier ꝯstante mr̃imonio, uel saltẽ ĩ tpe luctus acq̃siuisset. secꝰ si post mortẽ, & post annū luctus potuit acq̃rere, ut p Ang. ꝯs. 141. ĩ c. sup primo pũcto. vel alr r̃ndeẽ, q d. l. Quintus, ꝓcedit, qñ maritꝰ, vel eius hẽs ageret ꝯ vxorẽ uel eiꝰ hẽdes, fm Bal. in l. si vxorẽ, C. de ꝯd. ĩser. Ale. in l. q iure familiaritatis, ff. de acq. pos. & maxime in casu isto, vbi ipsa donatrix, & eiꝰ hẽdes nō pñt refricare q̃onẽ dñij, vt s. dixi. Circa scdã dubitationẽ, an illa verba, & ea uita functa, & c. inducant fideicõmissum post mortẽ Ioannonę, nō vr̃ expediẽs insistere, si verū est cohẽdes Ioãnonę p̄mortuos fuisse, ut p̄supponit in ꝯsilio scdi ꝯsulẽtis, q̄a ẽt q talia uerba importassent fideicõmissū, tñ post mortẽ substitutorū añ Ioãnonã grauatã effectū fuisset fideic. caducū, seu quasi, l. vni. § sin aũt sub ꝯdõne, C. đ cad. tol. si tñ libet vlterius ĩdagare, adhiro opi. ꝯsulẽtis p filiab. q talia verba nō ĩducãt fidei. p cuius cõcl̃one, & clariori decĩsone
5 p̄mitto, q duplex est vsusf. cãlis, † & formalis, ut p gl. ĩ l. 2. ff. de vsufr. vsusfruc. cãlis separari nō põt a ꝓprietate, a qua cãtur, l. si cū testõ, § si fundū, ff. de exce. rei iu. vsusfru. formalis, est q̃dã seruitus imposita ꝓproprietati, & est seruitus psonalis debita psonę, vt p gl. ĩ rub. ff. de vsufr. ex istis infertur correlariè, q testor īstituẽdo Ioãnonã in tertia parte, uĩ ẽt reliquisse eidẽ usũfructū cãlẽ, q̄a ꝓprietate Ioãnonæ relicta separari nō p̄t, d. § si fundū, & probat in l. si Titio usufruc. cū ibi no. ff. de usufr. infert ẽt, q in alia parte ẽt Ioãnona nō potuit hr̃e usũfr. formalẽ, q̄a erat hr̃es, & ꝓprietaria bonorū dictæ portionis, & in re ꝓpria nō cadit seruitus, & ꝯñr usũfru. formalis, l. nemo. ff. de ser. urb. p̄d. l. uti frui, ff. si usufr. pet. itẽ īfert, q legatū usufr. oĩum bonorū relictū d. Ioãnonæ, dẽt intelligi de usuf. formali, & sic de usufr. aliarū duarū partiū, in q̃b. erãt instituti alij cohẽdes, nō ãt de usufructu portionis ipsius Ioannonę, q̃ a satis eã instituẽdo reliq̃t eidẽ et usũfructū dictæ tertię partis, & q in tali legato gñali nō includaẽ usufr. dictę tertię partis ꝓbaẽ, q̄a in dispõne gñali nō ueniũt prius specificata, l. doli clausula, ff. de uer. ob. itẽ nō ꝯprehẽdunẽ ea, de q̃b. nō est uerisimile testatorẽ cogitasse, l. cū res, ubi Iasõ in 6. no. de leg. j. uerũ cū prius instituẽdo Ioãnonã, satis eidẽ reliq̃sse vr̃ usũfructū dictæ tertiæ partis, ut s. probatu, nō est dicẽdū, q ĩ gñali relicto
6 ueniãt prius relicta. † itẽ ñ ẽ uerisimile, q bis uoluerit eadẽ relinq̃re, q̄a fm legatū eẽt superfluū, ꝯ l. si qn, ff. de leg. 1. Istis sic p̄missis ꝓbaẽ clarissime, q illa uerba, & ea uita functa, uel si cõtingat eã scdo maritari, fructus, redditus, & ꝓuentus ꝯsolidẽtur cū ꝓprietatib. & ꝓueniãt ad hẽdes p̄dictos, nō importãt fideic. in illa tertia parte, in qua fuit Ioãnona hr̃s instituta. Sed solū p illa uerba, testõr uoluit usumfr. formalẽ relictū Ioãnonę extingui, & finiri, si transierit ad scda uo. hoc patet ex pluribus. Primo q̄a uerba illa, qdq; ea uita functa, referũtur ad legatū usufruc. relicti d. Ioãnonæ, de quo ꝓxime erat sca mẽtio, nã relatio faciẽda ẽ ad proxima, l. si ita ẽ cū ꝯs. ff. de iurau. omn. iu. itẽ repetit qualitates ꝓxime pcedentes l. Seia § Caio, ff. de fundo instr. uerũ legatū usufru. de quo facta erat mẽtio, dẽt intelligi de usufructu formali, ut sup. demõstratū fuit, ergo ẽt grauamẽ annexū intelliget de usufructu formali. Scdo, posito q legatū gñalis usufruc. ẽt includeret usũfructū dictæ tertiæ partis, tñ includeret eū tanq̃ usumfructū calẽ, & annexu ꝓprietati, cū nũq̃ fuerit separatū, nec potuit dari vsusfructus in re ꝓpria: uerũ uerba illa, & ea uita functa, uel trãseunte ad secunda uota, uerificari nō pñt in isto usufructu causali, quia cãlis vsusfruc. nunq̃ fuit separatus a proprietate, ergo no cõsolidaẽ.-

solidātur,e.ad dissoluēdum,de desp.impu.& istud etiam oportunè prius deduxit prædictus do.Consulens,& quicquam melius adduci non potest. Tertio testator in dubio nō præsumitur velle grauare heredem aliquo onere fideicom.l.vnum ex familia,§.si rē ff. de leg. 2. cum vulg. Sed ego non video verbum,neque syllabam in dicto testō,per quam testator videatur onerare Ioānā aliquā fideicōmisso,maximè quaotū ad ꝓprietatē, ergo nec nos istud diuinabimus ꝯ præsumptionem iuris.Et certe optassem,ꝙ ꝓstantissimus ꝯsulēs, q conatus est demōstrare,ꝙ clausula illa,quodq; ea vita functa, includat tā casum mortis,ꝗ casum trāsitus ad secūda vota laborasset potius demōstrando,ꝙ ꝑ talē clausulā fuerit inductū fideicō. et in ꝓprietate tertiæ partis bonorū relictorū ipsi Ioannæ,quia in hoc stat punctus cōtrouersiæ. Et ego nō negarim includi etiam casum mortis,q a verba sunt clara:tamen dico,ꝙ includunt quantū ad extinctionē vsusfructus formalis tantū, non quo ad reliqua.& per ista remanent sublata omnia fundamēta prædicti d.Consulentis contrarium. Laus Deo.

RESPONSVM II.

3 DOnatio quondā Claudij Corferij Nobili Domi.Ioānę facta,exceptionibus ex aduerso ꝓpositis elidi nō pōt,cui nō repugnat exceptio nullitatis prouenientis ex inobseruātia statuti Delphinalis,cum donatio in prouincia facta Delphinali statuto nullo iure cōprehēdat,certaque sit iuris regula,i iis,q̄ ꝯcernūt solēnitate ꝯctus,locū ꝯctus nota dignū eē, & vbi forma statuti n̄ eēt obseruata , ea iureiurādo interposito replet. Qd̄ ēt statutū donationi obeē nō pōt donatore,dū dixit tacēre,nec q uerelāte. Nec obstat exceptio nullitatis propositę ex defectu ꝑsonæ donantis,q mēte captus ac demens asseritur: qa nō sufficit assertio,vbi est necessaria ꝓbatio,cum q̄libet sanę mētis præsumat. Nimisq; repugnat exceptio legitimæ prętensæ debitæ matri,qa eū legitima quota sit bonorū,q̄ habebat defunctus tpe mortis,donatio āt huiusmodi in bonis defuncti dici nullo iure potuit stante constituto & precario in donatione apposito,q̄bus in donatariā dominiū fuit translatū,non obstante q̄rela donationis inofficiosæ proponenda, q̄ nō ꝓposita,nec intētata non releuat, proinde cōdēnādos esse cēsui Bartholomeū,& Ludouicam matrē, & filium ad relaxandum bona,quæ fuerāt dicti quondam Claudij dictæ Dominæ Ioannæ de Robiaco donata,saluis iuribus matris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Delphinale non porrigit effectum suum ad donationem in prouincia factam, ideo exceptio nullitatis proposita ob formam statuti non seruatam,nulla est.*

Contractus locus inspici debet in iis,quæ concernunt solemnitatē cōtractus

2 *Iuramentum operatur,contractus non irritari propter statuti solemnitatem omissam,nec laici potuerunt de uiribus iuramenti statuere.*

3 *Statutum annullans donationem , non procedit tacente donatore ,& non querelante donationem.*

4 *Exceptio nullitatis donationis ex defectu personæ donantis, non probata non releuat.*

Præsumptio est,quemlibet esse sanæ mentis .

5 *Exceptio constitutionis fideicommissariæ , non obstat donationi , maximè cessante beneficio inuentarij .*

6 *Exceptio detractionis legitimæ debitæ,non obstat donatario, cum donatio desiderata non esset in bonis defuncti de quibus debetur legitima.*

7 *Querela inofficiosæ donationis non proposita,nec intentata,non releuat.*

Qui veritas est, me in viam dirigat veritatis.

Respon. Interpreta.

COndemnandos puto Bartholomeum & Ludouicā matrem & filium,ad relaxandū & dimittēdū bona, q̄ fuerāt quondam Claudij Corferij, Nobili Dominæ Ioannæ de Rabiaco in uim donationis eidem dominæ factæ per dictum Claudium , non obstantibus friuolis exceptionibus in contrarium oppositis & deductis.Et primo nō obstat, dū opponitur exceptio nullitatis, ex eo ꝙ nō fuit seruata forma statuti Delphinalis.Quia respōdetur multipliciter. Primo, ꝙ

1 tale † statutū nō porrigit effectū suū ad contractus donationū factos extra territoriū,& cōsequenter non porrigitur ad donationē istā celebratam in prouincia,l.q fundus, ff. de euictio.per quē tradit regula,ꝙ in his,q̄ ꝯcernunt solēnitatē cōtractus,vt ꝙ donatio non valeat nisi cū certa solēnitate,inspiciendus est locus ꝯctus.ita docet Bar.in l.cūctos populos,ver nunc veniamus ad gl.& ver.6.videndum est,C.de sum. Tri. &

2 fid.cato. Scdo rn̄det,ꝙ vbi est interpositū † iurām,vt in prętenti casu , donatio non irritatur propter omissam solēnitatem statuti,quia laici statuentes non potuerunt disponere de viribus iuramēti,secūdū Ioan.Ad.in additionibus Specu.in titu. de instr.editi.§.porro,in vltima additione.Ang.in l.lancinius, §.fi.C.de dona.Ioan.de Imo.in c. cū contingat, charta penul.

& ibi Pan.& alii,de iureiur. Fed.de Senis consi.281.Casus talis est,& hæc est communis Doc.sn̄ia,vt probat d.Ias. in aut.sacrā puberum,C.si adu.&.vendit.& comprobauit Tiraq.in tractatu ... h.13.ca.3.

3 ꝙ statutum † non procedit tacente donatore, & nō querelāte in vita,prout hic donator tacuit, & nō querelauit. Nec intelligentia qua mediante aduersantes hāc rn̄sionem conant effugere,stare pōt,ꝑꝑ implicatiuam, etiā,quę implicat casum non seruata solemnitate:& qa frustra statuentes statuissent q̄relā,siue ius dicēdi donationē nullā, non trāsire ad hr̄des,vbi donatio de iure subsisteret. qa tn̄ non vidi verba statuti,non audeo sup hac rn̄sione pedē figere. ¶ Nō obstat alia exceptio nul

4 litatis ex defectu ꝑsonæ † donantis,q dr̄ ꝙ erat mētecaptus & demēs,qa nō fuit hmōi exceptio ꝓbata ꝑut necesse fuit, cum quilibet ꝓsumat sanæ mentis,vt firmant gl.Bart. & alii in l nec codicillos,C.de codici.Soc.ꝯsi.42.col.1. lib.1.imò ꝑ parte dn̄æ Ioannæ legitur melius probatum, ꝙ dictus donator erat sanæ

5 mentis,&c. ¶ Non obstat alia exceptio † substitutionis fideic. quia confusa fuit actio competens dicto Bartolomæo ad bona restitutioni subiecta, ex eo ꝙ audiuit hr̄ditatem donatoris grauati absque beneficio inuentarii,l.fi.§.f.c.C. de iure delibe-

6 ran. ¶ Non obstat exceptio detractionis † legitimæ,debitæ vt prętenditur mr̄i:quia aduertendū est,ꝙ legitima ēst quota bonorum,quæ defunctus habebat tempore mortis,l.Papinianus §.quarta,ff.de inof.test.bona autem donata Dn̄ę Ioannæ non erāt in bonis donatoris eius filii tpe mortis,qa stante ꝯstituto & ꝑcario in donatione apposito,dn̄ium fuerat translatū in donatariā,l.ꝙ meo,ff.de acq.poss.l certe,ff.de precario.ergo in illis matri nulla debebat l.ia. Sed dicet q̄spiā , donationē esse inofficiosam,matr.que competere q̄relā inofficiosę donation. l.

7 si filius tuus,C.de inoffi.donat.istud non negauerim, sed id dixerim,ꝙ hmōi q̄rela † nō fuit ꝓposita,nec intentata p mr̄em; & vbi intentet,erit necessaria cāæ cognitio,& verificatio erit extrema necessaria. Ideo nunc adiudicanda sunt bona donata Dominæ Ioannæ donatariæ , saluis iuribus mr̄i quærelandi donationem,si voluerit & potuerit. Et vbi Bartholomeus cōfecisset inuentarium , essent adiudicanda bona , quæ fuerant dicti quōdā Claudii pręfatæ Dominæ Ioannę, detractis bonis restitutioni subiectis,liquidandis in executione sententiæ.

Laus Deo Optimo Maximo.

RESPONSVM III.

QUanquam Secunda donatio facta magistro Geruasio Du lci ontori.potior videatur donatione facta magistro Augustino Portæ anteriori,qa ... ius traditio facta est huic nouissimo donatario , ex quo prius laudatus & inuestitus fuit , & tunc traditio rerū emphyteuticarum fieri dr̄,cum ꝑ inuestiturā a directo dn̄o factā possessio apprehendit,merito donatarius prius inuestitus ꝓponendus creditur,nec constitutum in priori donatione appositum in bonis feudalibus,& emphyteuticis consideratur: nā huiusmodi bona alienari ꝓhibent , nisi dn̄i inuestitura sequatur. Tn̄ ī facti, quæ proponuntur, priorem donationem potiorem esse sēsi. Nam cum primus donatarius tam iu ti.quam possess. sit prior, ergo de iure potior , prior quidem est iure constituti in prima donatione appositi , ex quo possessio vero trasfertur. nec obstat quod supra . diximus in bonis videlicet feudalibus & emphyteuticis constitutum non considerari , ꝙ & verum est nisi ipsis emphyteutis ius alienandi a directis dominis concessum sit, prout ex illis verbis manifeste constat , bona ipsa alienare liceat pro suis hęredibus,quibuscunque dederit,ex q̄bus verbis facultas data censet emphyteutæ,dicta bona ita concessa alienandi: cum igitur donatio , & traditio facta dicto magistro Aug.valida fuerit, vti anterior potior hr̄ posteriore. Quæ alienandi ptās,& si ipsis emphyteutis concessa non sit,cū quia post inuestiturā factam scd̄o donatario legitur dn̄os directos priorem donatarium laudasse,& inuestiuisse , ideo ex approbatione directorum dominorum subsecuta potior iudicat. Nec prior traditio scd̄o donatario facta eidem ꝓdest : qa secundū ea,q̄ proponunt , prædicta bona longè ante donationem sibi factam alteri donata non ignorabat: quare respondi bona in fraudem prioris donatarij alienata,de iure reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *An is donatarius,cui prius traditio facta est,potior habeatur eo, cui donatum prius est.*

2 *Res emphyteutę tradi dicitur,si facta inuestitura à directo domino possessio apprehendatur.*

3 *An per constitutum transferatur possessio,& ibi vide limitationem.*

4 *Primus donatarius prior titulo,tempore,& possessione, potior est secundo, cui prius res tradita fuit.*

5 *Constitutum factum primo donatario,an operetur prioritatem tituli & traditionis; & vide declarationem,& limitationem nu.6.*

7 Emphy-

7 *Emphyteuta etiam per fictam traditionem factam absque consensu domi-
ni incidit in pœnam commissi.*
8 *Pœna commissi non incurritur, nisi propter contemptum domini.*
9 *Donatio facta magistro Augustino primo donatario, vti facta cõsensu di
rectorum dominorum, posteriori præfertur.*
10 *Emphyteusis, seu feudum his verbis concessum pro se suisque hæredibus,
& quibus dederit, etiam in donatario verificatur, & emphyteutæ pote-
stas alienandi data intelligitur. & vide nu. 11.*
12 *An si post inuestituram secundo donatario factam primus donatarius in-
uestiatur per dominum, iste primus donatarius secundo præferatur.*
13 *An donatio & traditio duobus facta, si dominis directis placuerit, purifi
cata sit ex ratihabitione dominorum & an prior secundo sit potior.*
14 *An traditio prius facta secundo donatario, scienti bona longè ante quàm
traderentur, alteri donata, vti in fraudem facta, sit reuocanda.*

Respon. interpreta.

VIderetur forsan secundam donationẽ fa-
ctã magistro Geruasio Dulci ton
sori, præferendã primæ factæ magistro Augustino
8 Portæ, qa is † donatarius In detinẽdo dñio potior
hr, cui prius fuit facta traditio, l. quoties. C. de rei vendi. l. siue
aũt, § si duobus, ff. de publica. cum si. Respectu aũt bonorũ
emphyteuticorum constat traditionem prius factã secundo
donatario, ergo scds pferendus. ¶ Quòd aũt fuerit ei prius fa
cta traditio, pbat qa fuit prius laudatus & inuestitus. Nam p
2 † inuestituram factã a directo dño, secuta apprehẽsione pos-
se res emphyteuticæ. l. dicuntur tradi, c. i. §. rei, de inuest. de re.
alie fac Meritò pferi donatarius prius ĩuestitus. Ita tenẽt Io.
Fab quem sequit Ias. in d. l. quoties, in 12 fal. Idẽ tenet Ia. Alu.
in c. si facta. si de feu. fue. ɔtrouer. inter do. & ag. vas. Cæpol.
cautel. 13 n. si dñs inuestiuit. Petruc. in reperi. de iureiur. in 3.
char. in j. effectu iuramenti. d. Guid. Pap. dec. 46 an emphyteu
ta. & decci. 81. si debitor. & Deci. cons. 249. in casu, ad fi. ¶ Nec
vr̃ obstare, si dicatur φ in prima donõne legitur appositũ ɔ-
3 stitutũ, p qd † trãsfertur possessio in donatariũ, cuius nomi-
ne donator ɔstituit se possidere, l. quod meo, ff. de acq. poss. l.
certe, ff. de pca. Quia rñdent Doc. pass. φ pcẽdit in bonis allo
dialib. nõ ẽt in emphyteuticis & feudalib. quorum alienatio
nulla est, nisi secuta inuestitura dñi, c. j. de phibi. feu. alie. per
Fed. l. fi. C. de iur. emphy. Et ita firmat d. Stepha. Bertran. cons.
107 illud palã est lib. 2. ¶ Prædictis non obstan. s'm ea, q̃ pro-
ponuntur, rñdeo primã donationẽ pferẽdã duab. rõnib. Pri
4 mũ, qa tpe prior est tã in tit. q̃ ĩ assecutione pos. ergo † potior
in iure. reg. q prior, de reg. iur. & d. l. quoties, cũ ɔcor. q̃ hoc lo
co retorquentur. cum priori donatario sit ẽt prius facta tra-
ditio. ¶ De prioritate tituli, & de proprietate traditionis cõ-
stat ex ɔtextu donõnis, vbi legit donatricẽ ɔstituisse se pos-
sidere nomine di. ¹i magistri Augustini primi donatarij, quo
5 casu † pfert primus. s'm Guil. de Suza. in d. l. quoties, & in l. fi. C.
de sac. san ec. & utrobique Ias. & idẽ vult Bal. in rub. C. de ɔh.
emp. q. 16. Alc. cos. 14. circa primum, in fi. lib. 4. & consi. 25. Viso
testõ, col. fi li. 3. Ferra. cautel. 43. cautela si qs vẽdidit rem vni.
& do. Alex. cons. 228. ponderatus, lib. 6. ¶ Nec ob. φ constitu-
6 tum † nihil operetur in rebus emphyteuticis, quæ sine con-
sensu directi domini prohibentur alienari, d. l. fi. C. de iur em-
phy. & d. c. j. de proh. feu. alie. per Fe. Quia rñdetur verũ esse, si
in instrumento emphyteusis & inuestituræ, directus dñs nõ
dedit licentiam emphyteutæ alienandi rem emphyteuticam
cui voluerit. ita procedunt contraria. Et in istis terminis pro-
cedunt, quæ tradunt Doct. maximè Ias in d. l. fi ad fi. & Iac. de
S. Georg. in tract. feu. in ver. Et cum pacto de non alienando,
7 col. a. vbi concludit, emphyteutam † etiam per fictam tradi-
tionem factam absque consensu dñi, incidere in pœnam cõ-
missi. Quod ẽt voluit Pau. de Cast. in l. j. §. si rem depositam, ff.
deposi. Sed si directus dñs in instrũo emphyteusis dedit licen-
tiam alienandi, qa tunc emphyteuta cum ɔsensu dñi aliena-
8 uit, nõ incurrit aliq̃ pœnam, q † nõ incurritur, nisi pp contem
ptum dñi, d. l. fi ¶ In casu aũt nrõ donatrix donauit, & tradi-
dit magistro Augustino primo donatario de ɔsensu directo
9 rũ dñorũ, ergo † valuit alienatio. & sic pferenda posteriori
φ aũt donauerit, & tradiderit cum voluntate, & ɔsensu dire-
ctorum dñorum, pbatur ex lectura inuestituræ, ex qua appa
ret ipsi donatario fuisse datam licentiam a directis dominis
alienandi bona ipsa in quos voluerit. ita sonant illa verba (p
se, suisq; hrdibus, & quibus dederit) c. j. de feud. nõ hab. pp. na
10 tu. feu. & illa verba, pro se, † hæredibus, & successoribus qui-
buscunque, quæ etiam de successoribus singularibus, & sic
de donatarijs intelligũtur, l. j. §. pmittitur. ibi, neq; ad hæredẽ,
vel qualemcunque successorem, ff. de acqu quo. & æst. Et φ
hæc verba, & successoribus quibuscunque, tm importẽt, q̃tũ
verba, qb. dederit, firmat Bal. in l. j. q. 34. ff. de rer. diui. & in ca.
imperialem in prin. col. 4. de proh. feu. alie. per Fed. Lu. Ro. &
Alex. in l. ẽt, ff. sol. mat. Alex. in l. qd̃ dicta 2. in vl. char. ff. de ver.
obl. & in l. si prõm, col. pe. ff. ad Treb. & in l. q̃. dã, §. nihil inter
est, vbi ẽt Ias. ff. de cõ dẽ. & Ias. in l. 2. §. ptor ait. ff. qui satis cog. &
in l. 2. q. 14. extra glos. C. de iur. emph. & in prælu. feud. colu. xv.
And. Barb. in l. cũ acutissimi, char. bot. C. de fideic. Felyn. in c. in
pñria, col 11. de prob. & in c. qa Gu. col. penulti. de iud. Georg.
Nat. in c. q̃uis, colum. bxxvj. de pac. in vj. & Cur. Iunior consi. j.
11 col. j. & seq. & consil. 4. col. 2. & seq. Et φ p talia, & similia † ver-
ba censeatur emphyteutæ data facultas alienandi, id est, dñiũ
transferendi, facit §. venditæ. Inst. de re. diui. & c. cum Ioãnes,
de fid. inst. adeo, φ tradendo sine alio consensu, non cadat em
phyteuta, firmat Alb. de Ros. in d. l. fi. de iur. emph. & sequun-
tur *cæteri* alij. teste Ias. ibi, col. 3. p tex. in l. cũ ẽrit, §. j. & ibi Ang.
in spẽ no. ff. de ser. rust. pd. seqt Ale. post Ang. in l. q Romæ, §.
duo fratres, in vlt. char. ff. de ver. obl. & ɔsi. 189. Viso, col. j. lib. 2.
Dec. cons. 164. Non fuisset propositi, col. 3. ver. 2. respondetur,
vbi tenet alienationẽ hoc casu valere sine alio ɔsensu directi
dñi, & dicit hanc esse cõem sniam Doc. a qua in iudicando re
cedendũ nõ est, c. ne innitaris, de ɔsti. tradit Bar. in l. cũ pstatis,
ff de feud. Cũ igitur donõ, & traditio facta magrõ Augusti-
no fuerit & sit valida. & ãterior, seqt, vt potior sit posteriore,
d. regula, q prior. Sed fac, φ directi dñi nõ dederint licẽnã do-
natrici alienãdi ir primũ. qa tñ ĩsupponitur ĩ facto, φ post in
12 uestiturã † factã scdo donatario aliq laudarũt, & inuestiuerũt
primũ, extimo primũ pferẽdum, qa donõ & traditio p ɔstitu
tũ scã primo, non fuit a principio nulla ipsõ iure, licet fuerit
facta absq; consensu dñi, s'm Ioã. de Im. in c. fi. de psc. & in c. 1.
col. ix. de feud Imo valet a principio, nisi dñs nullã esse velit,
vt tradit d. Ale. cons 27. Viso themate, col. 2. libr. 6. & cõs 82. In
cã & lite, lib. 7. Et sic valuit sub cõdõne resolutiua, nisi directi
dñi alienationẽ & traditionẽ improbauerint q̃ cum non fue
rint improbata, sed approbata, sequitur, vt prior potior hẽri
dẽat, l. ij. ff. de act. emp. l. 1. ff. de ɔhẽ. emp Sed iterũ fac, φ donõ
& traditio ita demum valeant, si directis dñis placuerint, & sic
13 alienatio cõdõnalis, † si directi dñi voluerint: cũ purificata sit
cõdõ ex ratifica. dñi, cõsequẽs est, vt ipsa alienatio vsq; a prin.
valida fuerit, & sic tanq prior potior sit, qa condõ retrotrahi-
tur ad diẽ donõnis & traditionis per constitutum factæ, l. qui
balneum, §. j. ff. qui pot. in pignor. hab. & l. si prior creditor, §.
si prior, ff. c. Sed iterum, pone sine veritatis piudicio, φ sit pri
us facta traditio scdo donatario qa tñ secũdus (vt proponit)
hẽbat longe aũ donationem sibi factã verã scientiam prioris
donationis alteri factæ, ratiõe fraudis possunt per actionem
14 reuocatoriam bona † sibi prius tradita ab eo euocari, secũdũ
Bal. in rub. C. de reuoc. ijs, quę in frau. cre. in prin. quem sequũ
tur Alb. Saly. & Ias. in ix. limitatione, in d. l. quoties, & Ias. in l. fi.
colu. pen. C. de sacr. sanc eccl. & Ferra. in alleg. cautel. xlviij. di
cens, hoc esse notandum, et menti tenendum.

R E S P O N S V M. IIII.

Antonius quindecim annos nondum natus, curato-
rem habens Ioãnem fratrem, abstinuit ab
hæreditate patris, qui eum instituerat heredem in duobus ca-
stris. Factus annorũ sexdecim eadem castra donauit fratri cu
ratori suo, reseruatis sibi florenis 200. annuis expressa cã, quia
presbyterari intendebat, expletis annis x. & 8. quo tempore
frater desiit curator esse. (nam vsque ad eam diem curam pa-
ter in ultimo elogio sibi crediderat.) conuentum fuit, φ fra
ter cum etiã alere teneretur, & quod redditus reseruatus ex-
tingueretur, si donans sine liberis occumberet. Dubitabatur,
vtrum hmõi donatio virib. subsisteret: Plerisque visum fuit, p-
fectam donationem geminato donatoris consensu, sacra iu-
risiurandi religione, affinium pñtia, iudicis decreto roboratã,
retractari minimè posse. Ego autem ratus sum minorem dolo
curatoris seductũ fuisse, φ ex enormi læsione, affinnũ menda-
cio (q minori credulo suaserũt donationẽ in euidẽtẽ eius vti
litatẽ cedere) & ex falsa donatarij suggestione, qui dicta castra
alteri sirte hypothecata commentus est, patere rñdi. Quibus
argumentis suffragatur prælumptio legis, quę curatorẽ dolo-
sum putat, si minorẽ ɔhendo lædat. Sed reuerentia q̃ minor
præstabat fratri maiori, metus coniecturam facit, q̃ cũ enor-
mi minoris dãno ɔiũcta metũ apertè demonstrat. Sed id etiã
pponebatr, utrũ noua prole donata reuerterentur in donato
ris arbitriũ. & ditionẽ matura: Quod multi negabant, tũ φ ex
lectura trãsactionis cõstare donatẽ de filiis cogitasse, cũ φ do-
natori nõ liceret pprio iurõ ɔuenire: tũ φ ob causam donõ
facta uideret. Ego aũt diui Constantini legẽ seruãdã rñoi, ẽt si
de filiis sit cogitatũ, modo cogitans non speraret iustos filios
procreare, p ut non sperat, qui sacerdotij assumendi spe ad do
nudũ inducit. Nec iusiurandum uiolat, q huius legis bñficio
vtitur, cum non credatur fuisse mentis donatoris vnquã illi
renunciare. Fateor autem Constantinum loqui de donõne
simplici, sed huiusmodi donationem, quatenus causam exce
dit, simplicem Vlpia. putat, nec nostri inficiantur interpretes

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium rerum immobilium facta a minore cum decreto, ipſo iu-*
re eſt nulla, ſuſtinetur tamen propter iuriſiurandi religionem. Et quid ſi
minor reperiatur enormiter læſus, nu. 2.
3 *Donantis plenam deliberationem (quæ dolum excludit) interueniſſe præſu-*
mitur in donatione reiterata.
4 *Læſio nulla poteſt præſumi in donatione ex liberalitate proficiſcente.*
5 *Decretum iudicis tollit doli & metus præſumptionem. Item præſentia af-*
finium & amicorum, donantis & donatarij. 6. quod limitatur. 15.
7 *Iuramentum debet habere tres comites, iudicium, veritatem, & iuſtitiam.*
8 *Meticuloſus contractus, non validatur iuramento.*
9 *Contrahens cum adoleſcente ſtatim conſumpturo, doloſè agit.*
10 *Iuramentum de obſeruando laudo, non obligat iurantem laudo arbitrato-*
ris enormiter læſum.
11 *Contractus eſt ipſo iure nullus, ſi minor contrahat cũ tutore & curatore.*
12 *Cõtractus inualidus alia rõne, quã minoris ætatis, non validatur iuramẽto.*
13 *Iuramẽtũ relaxare cogitur recipiẽs, ſi ex parte ipſius cõtineat turpitudinẽ.*
14 *Læſio non attenditur in donatione, ſi donatio fiat a ſciente & volente, abſ-*
que vlla fraude.
16 *Donatio iuriſiurandi religione, affinium præſentia, & iudicis decreto robo-*
rata, natiuitate filiorum reuocatur.
17 *Iuramentum non impedit donationem poſſe reuocari propter ſuperuenien-*
tiam filiorum.

Reſpon. Interpreta.

1 LIcèt donatio rerum immobilium † a minore fa-
cta, ẽt cũ decreto iudicis, ſit ipſo iure nulla,
l. fi. C. ſi maior factus ali. rat. hab. rñ pp iuriſiurandi re-
ligionem ſuſtinetur. auth. ſacramenta puberũ, C. ſi ad-
uer. vend. q̃ locum hẽt ẽt in ꝯtu donationis, ſm gl. Barto. &
cõiter ſcribẽ ibi, & Feli. ĩ c. in pñtia, col. 4. de prob. & Cor. ꝯſ. 258.
q̃q̃. lib. 4. vbi conſuluit, donationem firmari iuřo, ẽt ſi ſit facta
ab impubere doli capace, & ꝯſuluit Soc. donationem factã a
minore valere abſque auxilio reſtõnis in integrum, ꝯſ. 279.
viſa donatione, lib. 2. Sed reuocatur in dubium, an idem dicẽ-
2 dum ſit, ſi minor pp donationem iuratam reperiatur enor-
miter læſus, vt quia dimidiã, vel maiorem partem fortunarũ
ſuarum donauerit, vt in themate præſupponitur. Viſis inſtru-
mentis donationum, & tranſactionis ſubſequutæ, & ꝯſideratis
diligenter, quæ in narratione facti recitantur, conſultatio-
nem hanc duxi diuidendã in 2. partes. In prima diſcutiemus,
an dñs de Fara poſſit iuſtè dicere ſe fuiſſe enormiter læſum,
& ſic videbimus, an diſpõ d. aut. ſacramenta puberũ, proce-
dat, etiã ſi in ꝯtu interueniret dolus re ipſa. Secundò ingre-
mus an dñs de Fara iure p̃tẽdat ſe fuiſſe deceptũ dolo & aſtu-
tia dñi Aſtoandi eius fratris, & ſic an rõne doli ex propoſito
poſſit ꝯuenire proprio iuramento. Quibus expeditis, appare-
bit reſolutio alterius dubitationis, an iuřm ſit a iudice eccle-
ſiaſtico relaxandũ. Circa primum, vr q̃ dñs de Fara non poſ-
ſit iuramento ꝯuenire prætextu alicuius læſionis, ex plurib.
Primo, quia iuřm poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,
ergo violandum nõ eſt, c. quemadmodũ, c. ſi vero, de iureiu.
eum ſi & vr̃ caſus in c. quamuis, de pac. lib. 6. qui tex. etiã pro-
cedit, qñ filia renunciat gratis hæreditati paternæ, nulla do-
te ſibi data uel ꝯſtituta, ſm Gem. & Imo. ibi, & Lud. Rom. &
Are. in l. qui ſuperſtitus, ff. de acq. hær & Ale. conſi. 125. col. 8.
lib. 1. Cur. Senior conſ. 43. ſup contingentia, in vlti. dubio. Et
ſic patet, q̃ ille tex. excipiens caſum doloſæ renunciationis, ĩ-
telligendus eſt de dolo ex propoſito, & non re ipſa, ita ergo
dicendum vr̃ in caſu p̃nti. Secũdo, q̃a donatio iſta fuit ex in-
teruallo geminata & triplicata, in donatione autem reitera-
3 ta p̃ſumitur interueniſſe † plenam donantis deliberationẽ,
q̃ dolũ excludit, ſm gl. in c. ſi q̃s iratus, 2. q. 3. & q̃ reiteratio fa-
cit p̃ſumi errorẽ abeſſe, ſm gl. in c. ex literis. de diuor. & ideo
ꝯ actum reiteratũ nihil opponi poſſe vr̃, ſm Bal. in ꝯſ. ſciſma-
tis, poſito poſt titulũ, ff. ſi quis aliquem teſta. prohibu. & ad-
uerſus contractũ reiteratũ cũ iuramento non vr̃ reſtitutio
ꝯcedenda, ſm Philip. Dec. conſi. 181. ſatis no. eſt q. col. 3. Ter-
4 tio, q̃a nõ vr̃, q̃ in donatione, † quæ ex liberalitate procedit,
vlla poſſit conſiderari læſio. Hinc eſt, q̃ venditor, qui dona-
uit id, quod pluris eſt, non poteſt allegare læſionẽ, ẽt ſi vltra
dimidiam iuſti precij fraudatus dicatur, ſm Bar. & Doc. cõiter
in l. 2. C. de reſc. in. vend. & Alex. conſi. 53. lib. 3. & Socy. ꝯſi. 48.
lib. 4. Quarto, quia idem dñs de Fara iurauit non ꝯuenire præ-
textu minoris ætatis, læſionis, doli, aut deceptionis, vnde au-
diendus non vr̃, etiam ſi reſtitutionem petat, ſm Bar. & alios
in d. l. 2. & Soc. in d. cõſ. 48. & hoc caſu Pan. in c. cũ ꝯtingat, de
iureiu. tenet minori non eſſe relaxandum iuramentum rõ-
ne doli re ipſa, & ita ẽt reſpondet idem Pan. conſ. 72. quinque
dubia, in fi. lib. 1. & idẽ tenet Pau. de Caſ. in d. auth. ſacramẽta
puberum. Quinto, præmiſſa coadiuuantur ex decreto iudi-
5 cis, quod interuenit in hac donõne, nam iudicis † decretum
facit ceſſare doli & metus præſumptionem, ſm gl. in l. 1. C. de
prædiis decur. li. 10. Sexto cõfirmantur, quia huic donationi
præſentes fuerunt aliqui affines, & amici vtriuſque, quorũ p̃-
6 ſentia † excludit p̃ſumptionẽ doli & metus, l. tráſactionẽ, C.
de tráſac. & ibi latè Mod. tradit p Bat. in l. fi. ff. ſi q̃s aliquẽ teſt.
prohibu. Præmiſſis non obſt. contrarium mihi vr̃ iuſtius, &
æquius, rationibus ſubſequentibus. Primo, quia pp enormẽ
læſionem p̃ſumit læſus dolo circumuẽtus, l. ſi ſuperſtite, C. de
dolo. l. oẽs, §. Lucius, ff. de his, quę in fraud. cred. vbi aũt dolus
interuenit, iuřm nihil operatur, d. c. q̃uis. & c. Abbas, q̃d met.
cau. c. ſi vero. cũ ſim. de iureiu. Nec refert, q̃ iſte ſit dolus re ip-
ſa, q̃a effectualiter æquiparatũ dolo ex ꝓpoſito, l. ſi q̃s cũ aliter.
ff. de verb. ob. l. 2. §. ſi quis ſine, ff. de excep. doli. & hac rõne cõ-
ſuluit Pet. de Anc. vt ipſe refert in regula, acceſſoriũ, de reg.
iur. ſororẽ, q̃ cũ iuřo renunciauit fratri hæ̃ditatẽ 4000. flore-
norũ pro ſexcentis, poſſe ꝯuenire iuřo pp enormẽ læſionẽ,
Hinc dixit Bal. in c. 1. §. itẽ ſacrã, de pa. iu. fir. q̃ boni p̃ſides fa-
ciunt talia iuramenta remitti p capturã pſonæ, p text. in l. il-
licitas, ff. de of. præſid. & q̃ ex enormi læſione p̃ſumat minor
dolo circũuentus, docet Bal. in l. fi. ff. de p̃to. ſtip. & idẽ tenuit
Pe. de Anc. in c. canonũ ſtatuta, char. 22. ver. ego ẽt cõſului,
de conſt. ſequuntur Ant. Imo. & Pan. in d. c. cũ contingat, de
7 iureiu. Secũdo, quia iuramentũ debet habere tres † comites,
iudicium, veritatem, & iuſtitiam. alioquin iam non eſt iura-
mentum, ſed periurium, c. innocens, 22. q. 4. c. quanto, de iu-
reiu. vnde Bal. gloſſando diffinitionẽ iuramenti traditã p fra-
trem Raynaldũ de Petra ſorti, dicentis, iuramentũ eſt dictũ,
aſſertum, vel promiſſum, ſacræ rei atteſtatione firmatũ, adde-
bat, verum, iuſtum, & ex animi deliberatione, certaq; ſcietia
procedens, quæ certè diffinitio nõ cõuenit verbo huius dñi
stro Magdalena actrix petit reas cogi & cõdemnari, adiecta
hac causa, quia iure hæreditario pratum ad se spectat, & ꝑue-
nit, quod esse põt ẽt rõne actionis personalis, competentis ꝯ͠
reas ad restituendum, & retradẽdũ ipsum pratum, l. verbũ il-
lud pertinere, ff. de verb. sig. l. 2. §. ꝑuenisse, ff. de hær. vel act. vẽ
dit. sunt. n. verba cõia, vt per Bar. in l. centurio, colum. pe. ff de
vul. Nam qui petit reum cogi & condemnari ad restituendã
& relaxandam rẽ, qa ad ipsum peruenit, censetẽ deducere ius
suum vndecunque, & qualitercunque sibi competens. Ita si-
gnanter determinat Practi. Pap in forma libelli actionis ĩ rẽ,
in verbo, iure dñij vel quasi, col. 5. versi. nunc aut quæritur, qd
si libellus per tex. in d. c. Abbate, de re iudic. & in l. si mater, §.
eandem, & l. an eandem, §. actiones, ff. de excep. rei iudi. Secun
dò respondetur, quod clausula illa salutaris in calce libelli ap-
posita, per quam Magdalena petit sibi ius & iustitiam mini-
strari, & super omnibus & singulis sibi ius dici, omnibus me-
lioribus modo, via, iure, & causa, quibus melius, &c. operatur,
8 † vt uideatur intentasse actionem personalem, si sibi compe-
tat, & non realem, ſm Panor in c. cum dilectus, char. pe. de or.
cogni. cum concordan. adductis per do. Ias. in §. 1. col. 20. Insti.
de actio. & per Maria. Soc. in c. 2. char. 14. q. princ. de libel. ob-
la. ubi refert sex mirabiles effectus huius clausulæ, ad quos
possem infinita consilia adducere, sed omnia consulto omit-
tam, quia trita est materia huius clausulę. Tertio respõdetur,
quod etiam male non fuisset intentata rei uendi. qa mortua
Catharina sine liberis fauore liberalitatis dominium ipso iu-
re ad heredes Ludouici translatum fuisset, secundum Spe. ti.
de emphyteo. § nunc aliqua, uer. 70. quæritur. ubi notabiliter
cõcludit. qđ si ecclesia ꝯcessit rẽ in emphyteusim pacto adie-
cto, ꝙ pars ꝓmorientis in superstitẽ perueniat, altero præmo
riente inperstes agere poterit actione reali ꝯ͠ hẽdes præmor-
tui, argu. d. l. quoties, C. de do. quę sub modo. & sic utilr, ꝙ ẽt
in casu d. l. quoties, secundus donatarius possit nõ solum age-
re cõdictitia actione, sed ẽt rei uendicationem possit intenta
re ꝯ͠ hæredes primi donatarij, & sequitur Deci. consi. 239. Pri-
mò non uidetur, col. pen. quæ decisio si uera est, tollit omnẽ
dubitationem: sed & si iuridica non foret, adhuc stat firma
conclusio supra facta, cum non fuerit specialiter proposita
actio realis, ut supra plenè probatum fuit.

RESPON. II.

CErtissimi iuris est, eũ qui nudo pacto donare ꝓmisit, efficaciter posse conueniri. Sed an idem rñdendum sit, si per epistolã ita sit scri ptum, tibi donabo aureos tot: Variarunt acutissimi iuris interpretes. Quidam putarunt nouissimam Iustiniani sanctionem, quæ de nuda donatione loquitur, ad pactum de donando protrahẽdam nõ esse, cũ sit exorbitãs. Alij ut Azo, Accurr. Bar. quibus Nouissimi assentiunt, diui Iustiniani men tẽ sanus interpretantur, cum donantis propositum ẽt hoc futuri temporis uerbo, donabo, clarissimè exprimatur, quod mihi non displicet. Nam si is, qui nuda conuentione donare promisit, iure conuenitur, non uideo, cur etiam contra eum, qui se donaturum testatus est, non rectè agatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, donabo, licèt sit futuri temporis, non tamen impedit contractum donationis perfici de præsenti.*

2 *Donatarij verba licèt se ad futurum referant respectu executionis, obligatio tamen ad præsens refertur.*

3 *Epistola nullam fidem facit, si anno & die careat.*

Respon. interpreta.

SI aliquid per epistolam donatum tibi probetur, breuitas chartulæ donationi quicquam non derogat, l. si aliquid, C. de donatio. Nec ambigendum donationem per epistolam absenti fieri posse, l. nec ambigi, C. eo. n. Sed forsan hæsitatur,

hæsitatur, an uerba, de quib. in epistola subsequentis tenoris,
ego de meo quolibet anno vobis donabo 90. aut 100. lib. mō
die noctuq; studeatis philosophiæ, sint obligatoria. & certè
ꝓbabilis est hæsitatio, super qua Doctores cōflictantur. Pro pte
negatiua, ꝙ nō sint obligatoria, tenēt Im. in l. i. ædib. §. 1. ff. de
do. Sal. in l. si qs argentū, §. fi. C. eo. ti. & in l. 2. C. de cō. ob cām,
& Alex. i. l. iurisgētiū, in prin. col. fi. ff. de pac. facit, qa hæc ver-
ba, ego donabo, nō importāt donōnē de præsenti, sed promis-
sionem, seu pactū ti de donando, qđ longè differt a donat. nō
secus, q̃ differat promissio de vendendo ab ipsa venditione,
l. in bonæfidei, cum gl. ff. de eo, quod ce. loc. no. glo. in l. Titius.
ff. de pig. actio. & in c. pe. de elec. lib. 6 & facit text. in l. si quis sti-
pulatus, ff. de ver. obli. Vnde si non sit donatio, sed pactum de
donādo, sequit, ꝙ sit inefficax, quia nudum, d. l. iurisgentiū, §.
igit nuda. Nec obstare vr̃ text. in d. l. si qs argentum, §. fina. vbi
deciditur, actionē nasci ex nudo pacto, qa loquit in nudo pa-
cto donationis, vñ cū sit correctoria, seu limitatoria iuris an
tiqui, non vr̃ extēdenda ad nudū pactū de donado, reg. la, q̃ a
iure, de reg. iur. lib. 6. & l. si vero, §. de viro, ff. sol. mat. cum sim.
Pro affirmatiua, ꝙ imo sint obligatoria, & nudum pactum
de donando sit hodie efficax ad agendum, primo facit, quia li
1 cèt verbū, donabo, † sit futuri tpis, nō tñ impedit, ꝙ ꝯctus do-
nationis nō ꝑficiat de præsenti. Nā & stipulatio ꝑ verba futu
ri tpis cōcipit, l. 5. §. stipulano, ff. de ver. obli. tñ est ꝯctus statim
ꝑfectus. Qua rōne mouetur Azo, qui ita decidit i Summa sua
C. de do. Secundo facit, qa tñ est dicere, donabo, quātū, pro
mitto donare. Inquit. n. Christus Petro, dabo tibi claues re-
gni celorum, id est ꝓmitto dare, vt no. in c. tu nono, 21. distin.
Hæc aūt cōuentio, promitto donare, actionem parit. d. §. fi. &
firmat Sal. in d. l. 2. ergo & ista idē faciet. Tertio facit, qa q di-
cit se donaturū, hoc vnū ꝓmittit, qđ liberalitatem continet. i.
donandi ꝓpositū. Qđ ꝓpositum ꝓmissum nihil aliud videt,
q̃ ipsa donatio, ergo talis ꝓmissio erit inefficax ad agendū, vt
clarè sonāt verba d. l. si quis argentum, § fi. Et ita tenēt glo. Io.
Fab. & Christ. Porc. in §. perficiuntur, Instu. de do. & Barto. in
d. l. iurisgennū, in fi. prin. & ibidem firmat For. Garzia, col. 32.
aliter inducens ꝓ hac parte tex. in d. §. fi. Et idē voluit Ang. in
d. §. fi. & sentit Odof. qui propterea exponit verbum, donaue-
rit. id est donare cōuenit, & fuit de mēte Bald. ibi in figuratio-
ne casus. Nō obstat, ꝙ is, qui promittit se donaturum, ad futu
rum se referat, quia & si referat se ad futurum respectu exce-
2 ptionis, obligatio tñ ad p̄sens † referī, d. l. 5. §. stipulano, & ab
hac snia non puto discedendum, cum sit cōis, maximè, qa eā
tenēt gl. & Bart. quorū opinio in Hyspania (q̃ est horū collitu-
gantiū pña) præferī cæterorū sentētiis, vt refert Neuiz. in sil-
ua nuptiali. fo. 113. & Ferd. Loazes in l. filiusfa. §. diui, ff. de leg.
j. Sed si qs sit adeo ptinax, ꝙ nolit assentire cōi sniæ, neq; Az.
gl. & Bar. id saltē fatebitur, ꝙ pactum nudum de donando pa-
rit obligationē naturalē, d. §. igit nuda, quā hic donaturus in ꝯ
pēsationē rectè deducit, l. ēt, C. de cōpēsatio. Sed aliud sentio
3 opponi, ꝙ hæc epistola † nullā fidem facit, qa anno dieq; ca-
ret, arg. l. optimam, C. de contrahenda & committen. stipula.
& l. 1. §. editiones, ff. de eden. & l. 2. §. diem, ff. quemadmo. testa.
aperiā. & qđ dixit gl. in l. gñali, C. de tab. li. 10 Quod credo ve-
rū, si dubiteī de die, & anno, quib. scripta fuit. Sed si dubiteī,
an ꝓbet scribētē ꝓmisisse summā in ea recitatam, rñdeo, ꝙ
optimè probat. si sit per scribentē recognita, vel per literarū
comparationē, l. Publia, §. fin. ff. depo. Potuit etiam dies & an
nus probari per testes, l. in exercendis, C. de fid. instr.

RESPONSVM. III.

OMnium bonorum, ēt futurorum donatio inutiliter fit, ēt si iuramento ro-
boretur: aufert enim liberam testandi facultatem,
quod bonis haud conuenit moribus. Sed si donās
vsumfructum, qui morte finitur, vel quid aliud in vita, aut ad
vsum certum sibi reseruauerit, idem iuris esse plerique puta-
runt. ¶ Alter filius matri, quæ sibi & fratri donauerat omnia
bona sua præsentia & futura, exceptis quibusdam, legauit por
tionem sibi donatam, fratrem autem condonatarium vni-
uersalem instituit hæredem. Dubitatum fuit, an filio supstiti,
cui ēt futura matrem donasse constat, portio redonata debe
retur, an matri præcipua esse deberet. Quidā filio condonata
rio totū, alij portionis legatæ dimidiam deberi respōdebant.
At ego nihil, tum ꝙ mater ex persona filij p̄mortui ius con-
currendi habeat, tum quod superstes donatarius, qui alteri
hæres extitit, defuncti uoluntatem nequeat improbare.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum, præsentium & futurorū non valet, quia aufert liberam testandi facultatem. Item non firmatur iuramento, et quid ita. 2.*
3 *An donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, reseruato vsufructu, valeat.*
4 *An donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, reseruatis florenis centum, de quibus donans possit testari, valeat.*
5 *Portio bonorum retrodonatorum donatari per alterum ex condonatarijs iam dudum mortuum, an spectet ad donatarium superstitem.*
5 *Ius accrescendi & non decrescendi transit in cessionarium.*

Respon. Interpreta.

SVper primo quæsito, an donatio omnium bono-
rum præsentium & futurorum, reseruato
vsufructu & florenis centum, de quibus donans possit
disponere pro anima sua, & antecessorum, valeat; es-
sent plura dubia examinanda. Primum, an donatio omnium
bonorum p̄sentium & futurorum valeat. Secūdū, posita par
te negatiua in ꝓcedēti, an firmeī iuramento. Tertiū, an si nō
firmetur iuramento, valeat eo casu, quo reseruat vsusfructus.
Quartū, vbi ēt n̄ sustineat pp reseruationē vsusfructus, an de-
fendi possit pp reseruationē florenorū cētū, de quibus possit
donās disponere pro anima. Et quia præmissa dubia frequen-
tissima sunt, & per Doctores in varijs locis resoluta procedā
1 decisiuè. Ad primum respondeo, † ꝙ donatio omnium bono
rū, præsentium & futurorū, nullius est momenti, quia aufert
liberā testandi facultatē, secūdum Bar. & alios cōiter in l. stipu
latio hoc mō concepta, ff. de verb. obli. & licèt Bal. ibi & Sal. in
l. fin. C. de pac. & Ang. in disputatione, incipien. in refulgenti
Palatio, & Guid. Papæ consi. 60. sint in contraria sententia,
attamen non est in iudicando, nec consulendo, recedendum
a cōi, vt in proposito dixit Cor. ꝯs. 176. In præsenti cōsultatio
ne. col. 3. lib. 2. Et ita ꝯsuluerunt Io. Cal. consi. 2. sub tub. de do-
na. Lud. Ro. cons. 171. pro decis. Gem. cōs. 139. In cā. & Guid.
Papæ cons. 214. Circa materiā Ad fin. & Doc. cōmuniter rñ-
2 dent. ꝙ donō † oīum bonorū, p̄ñtiū & futurorū, ñ firmat iu-
ramēto, qa tale iurām est ꝯ bonos mores. c. nō est obligatoriū,
de reg. iu. lib. 6 & ita tenēt Bar. & alij cōiter i d. l. stipulatio. Par.
& alij, in cap. cum contingat. de iureiu. & hæc sententia ꝓba-
bilior mihi videt, quicquid dicat Cor. consi. 252. Primo viden
dum est, lib. 3. Circa tertium discordant legum Interpretes
Alex. & Ias. in d. l. stiplo, tenent donationem valere reseruato
3 vsufructu, quia donans de † fructibus, testari poterit, sicut va-
let vēditio omnium bonorum, præsentiū & futurorum, quia
vēditor poterit testari de precio, qđ nō cōprehēdit In vendō
ne. Contrarium consuluit Pau. de Ca. consi. 319. Dico nō ob-
stāte, in 1. parte qa vsusfructus finitur morte, §. finit, Inst. de vsu
fruc. ideo de illo testari non poterit, nec de fructib. futuris, qa
veniunt in donatione futurorū, & idē voluit ipse Pau. in l. fi.
C. de pac. Sequitur Cor. consi. 176. in præsenti consultatione,
col. pe. lib. 2. & ita consuluit Dec. consi. 30. col. 2. & cons. 251.
In causa magnificæ dominæ. Et hanc opi. veriorem puto, ex
quibus rñdēdum vr̃, ꝙ præsens donatio iure defendi nō pos
sit, & eo maximè, quia donatrix videtur solum sibi reseruasse
vsumfructum, & fructus ad vitam dūtaxat, ut sonat illa clau
sula, Et ꝙ ipsa sit vsufructuaria, gubernatrix, & ista admini-
stratrix bonorum donatorū, donec vita duxerit in humanis,
quo casu ꝯstat, ꝙ de illis testari nō pōt, vt in ꝓposito ꝯsuluit
Bar. cons. 76. Pater filio emancipato. & Cor. in d. cōs. 176. Sed
hoc non obstante, puto hāc donationem virib. suis subsiste-
re, qa Hugoneta non solū sibi reseruauit vsumfructū, sed ēt
fructus ꝑcipiendos ex vsufructu, de quib. potuit testari, cum
nō cōprehenderentur in donatione futurorum, pp expres-
sam reseruationem. Non ob. dum sup. dicebatur, quod non
fuit facta reseruatio fructuum, nisi in vita: quia istud negaī,
immo fructus reseruati fuerunt simpliciter, & absolutè. Nec
quicquam facit illa claus. & ꝙ sit vsufructuaria, &c. qa nō est
ad reseruationem fructuū referenda, duplici rōne. Nā ad spe
cificata non trahitur sequens clausula generalis, l. sed & si ꝑ
ꝓtorē, §. deinde, ff. ex quib. cau. maio. l. doli clausula, ff. de ver.
oblig. traditur per Bar. & alios in l. talis scriptura, ff. de lega. j.
item ad ea non est facienda relatio, propter quæ actus redde
retur nullus, l. cum vulgari, ff. de dot. prælega. & docet Bar. in
d. l. talis scriptura, nam si ad fructus semel reseruatos refera-
tur illa clausula, annullaretur ipsa donatio, ergo &c. Ad quar
4 tum vr̃, ꝙ donatio defendi possit † ex altera reseruatione flo-
renorum centum, quia de illis poterit testari. Sed ꝯrium ve-
rius existimo, quia stante pacto prædicto, cōstat ꝙ donatrix
potest duntaxat pro anima de illis disponere, ꝯñs ergo est, ꝙ
non possit de eis liberè testari. Nam & hac rōne Bar. in d. cō-
sil. 76. respondet donationem non valere stante reseruatio-
ne fructuū. de quibus donās posset in vita disponere. Non. n.
libera est hmōi reseruatio, sed in vno casu duntaxat. Fortius
facit, quod consuluit Dec. d. ꝯs. 251. Vbi dixit vniuersalē dona
tionē nō valere, ēt ꝙ donans sibi reseruauerit vsumfr. & flo-
renos ccc. de quibus posset disponere in vita, & in morte, qa
si in vita disponat de illis, nō remanet sibi salua libertas testā
di, super qua decisione nō inficior me hęsitare, sed ad propo-
situm

ſitū ſatis ſeruit rō ꝑ eū allegata. Nam vbi ꝑ reſeruationē nō remanet ſalua facultas teſtādi, donationē irritā eſſe cōſtat. & ita etiam conſuluit idē Dec. cōſi. 203. vt vera reſolutio. Sup ſecundo principali dubio apud me valde ambiguo & diſputa-
5 bili, vtrū portio † bonorū retrodonatorū Hugonetę donatrici ꝑ alterū ex ɔdonatarij iādudū mortuū ſpectet ad cōdonatariū ſupſtitē. Iſtud quæſitum hēt tria ca. Primum, an ad eum ſpectet inſolidū: Sc̄d̄m, an pro dimidia: Tertium, an nihil, ſed integrè & liberè reuertat ad Hugonetā mr̄em & donatricē. Vr̄ prima fronte r̄n̄dēdū, ꝙ portio retrodonata ꝑtineat inſolidū ad alterū ɔdonatariū, qa hi duo donatarij, re & verbis cōiuncti ſunt, cū eos rerū donatarū, & verborū ɔplexus iūgat, l. triplici, ff. de verb. ſig. l. re ɔiūcti, ff. de leg. 3. vbi aūt alter ex ɔiūctis re, nō vult ɔcurrere, alter totū capit iure ſuo, l. vni. §. ſi uero nō oēs, C. de ca. to. l. ɔiunctim, ff. de leg. 3. vr̄ aūt, ꝙ is q retrodonat, n̄ velit ɔcurrere ī portione redonata, aliogn nō redonaret portionē bonorū p̄ſētiū & futurorū ſibi donatā, imo vr̄, ꝙ ad alterū ſpectet dimidia dictæ portionis redonatę, quia hæc portio dr̄ de nouo acqſita ꝑ Hugonetā, ergo ɔprehēdit ī donatione oīum bonorū p̄n̄tiū & futurorū ꝑ ipſam Hugonetā ſcā ambob. filijs. ɔdonatarijs, & ɔn̄r dimidia ſpectabit ad alterū, l. ſi qs Titio, ff. de vſufr. accreſcen. l. īterdū, ff. de hr̄d. inſti. l. legata inutiliter, §. fi. ff. de leg. 1. Sed imo vr̄, quòd nihil de portione redonata ꝑtinere debeat ad alterū, qa is q retrodonauit, ſemel acceptauit portionē oīum bonorū p̄n̄tiū & futurorum ſibi donatā, quo fit vt ī tali portione ceſſet ius accreſcēdi, qđ poſt acqſitionē nō p̄t locū hēre, l. 1. §. iterdū, ff. de vſufru. accreſcen. l. aquā, ff. quēadm. ſerui. amitta. Ceſſat ēt ius n̄ decreſcēdi ꝑꝑ ɔcurſum inter cōiunctos ſcm̄, nā vbi fit ɔcurſus, impedit ius n̄ diminuēdi, d. §. ſi uero nō oēs, & d. l. coniūctim. vn̄ cū nō ſit locus iuri accreſcēdi, nec decreſcēdi, ſeqtur ꝙ integra portio liberè ſpectabit ad Hugonetā. Quid igit in hac perplexitate dd̄m? punctus huius nodoſi quæſiti, vt mihi vr̄, in hoc ɔſiſtit, an ɔcurſus ab initio factus ī redonata portione bonorū, ēt futurorū, ceſſet ꝑꝑ retrodonōnē vel ne? & (meo qdē iudicio) ɔcurſus ab initio factus īter ɔdonatarios, adhuc durat & pſeuerat. Nec. n. deſinit ɔcurrere, q retrodonat, imo retrodonādo, iterum ɔcurſum facit, & acceptare vr̄ bona pręſentia & futura, quæ retrodonat, ſ'm Pau. de Caſt. in l. ſi actionem, C. de pact. & ī l. pactū, qđ dotali, C. de colla. Soc. conſ. 34. Viſa renunciatione, lib. 4. Et ſi dicatur, is q redonauit, non cōcurrit, ſed eſt ipſa Hugoneta, apud quam reperit portio ſibi retrodata, quæ concurrit, & quam conſtat ſtante donatione bonorū futurorum facta ꝑ ipſum alteri condonatario non poſſe partem facere. Iſtud concedo, ſi ex ꝑſona ſua concurreret, & ptem facere uellet, ſed hoc loco ɔcurrit, & ptē facit ex ꝑſona cōdonatarij, q ſibi retrodonauerit: nā vt ceſſionaria, & donataria cōcurrit, nō vt donatrix. In ceſſionariā. n. tranſit
6 † ius accreſcēdi & non decreſcēdi, ſ'm Bar. in d. l. re coniuncti, & Soc. ɔſi. 34. ad fi. lib. 4. Et ſi inſtet, ꝙ Hugoneta ius cōcurrēdi de nouo acquiſitum donauerit ſaltē ꝓ dimidia alteri condonatario, cū ambobus ɔiunctim donauerit omnia bona, ēt futura; r̄n̄deo ꝙ ius ɔcurrēdi nō p̄ot uideri cōprehenſum in donatione futurorū, qa donationi repugnat: nam donare futura, & donatario partē facere, ſimul ſtare nō p̄ſt, cū ſint oppoſita. ergo bn̄ ſeqtur, ꝙ in donatione futurorū nō ɔprehenditur ius ɔcurrendi, nō. n. recipiēda eſt interpretatio, ēt in cōtractu, qui in ſe repugnātiam vel ꝑplexitatē ɔtineat, ſ'm Bart. in l. ſi. §. idem quæſijt. ff. de cond. inde. Bal. in l. eum falſa ad fin. C. de iu. & fact. ign. Pano. in c. gratū, de offi. deleg. in prin. cum concord. adductis per Dec. conſ. 143. col. 9. & conſi. 168. col. 1. & ſeq. Inſuper, quia in facto præſupponitur, ꝙ filius, q ſuam portionem Hugonetæ matri legauit, inſtituit hæredē fratrē cōdonatariū, q hæreditatem adiuit. Alia rōe r̄n̄deo, ꝙ portio retrodonata nō comprehenditur in donatione futurorū, qa in donatione futurorum nō cōtinent̄ bona præſentia donata, ſi cōtingat, ꝙ donator illa reacquirat de cōſenſu donatariorum, arg. l. fi. C. de remiſ. pig. ꝑ quā ita ɔcludit Alexan. in l. ſtipulatio hoc modo ɔcepta, col. 5. ff. de ver. obl. Hanc aūt portionē Hugoneta reacquiſiuit de cōſenſu amborū. Nam etiā ſuperſtes condonatarius hæres alterius, q ſuam portionem matri legauit, adeūdo ɔſenſit legato, l. ex maleficijs, §. hr̄es, ff. de act. & oblig. Et ſi inſtet, ꝙ ɔſenſerit vti hæres, & non vt donatarius; r̄n̄deo ꝙ ſ'm ea, quæ proponunt̄, ēt eū vt donatariū ɔſenſiſſe. Nam in facto præſupponit, ꝙ legatū, ſiue donatio huius portionis, matri facta fuit his verbis, Itē lego mr̄i meæ caſu, quo moriar, & non aliter, partē bonorum quā mihi donauit; & volo ꝙ d. bona ad ea reuertant̄ pleno iure; & uolo, ꝙ d. donatio locum nō habeat. Pōdero illa verba, pleno iure, quæ important liberā alienandi facultatē, ſ'm Bal. in l. fœminæ, §. illud, C. de ſec. nup. Itē pōdero, ꝙ teſtōr uoluit bona donata reuerti ad mr̄em, ac ſi mr̄ nūq feciſſet ſibi donationē. Ex quibus liquido cōſtat uoluntatē teſtōris fuiſſe, ꝙ mr̄ poſſet de portione ei retrodata diſponere. Et huic volūtati acqeuit, & acquieſcere tenet̄ hr̄s, d. §. hr̄s, & quē teſtōr potuit grauare, ut ēt pateret mr̄em diſponere de hac portione, ēt ſi fuiſſet reuerſura alio iure ad ipſum hr̄dem, q ēt in re propria grauari poteſt. l. ſi hæredis ſeruus, ff. de leg. 1. vnde cōcludendum eſt, ꝙ teſtator habens notitiam donationis factæ fratri, quem inſtituit hæredem, noluerit eum etiā vt dontarium grauare, vt pateretur matrem diſponere de portione eidē legata, &c.

RESPON. IIII.

PErona donauit nonnulla bona Tonetæ, vt aleret ab ea, Deinde Toneta eadem bona donauit duob. Primū Quintellæ eius nouercæ, mox Gerardo ea lege, vt Peronā p̄ſtē & ſtipulātē veſtire, nutrireq; dēret. Quęſitū fuit, uter in donatis rebus potior eſſet. Videbat̄ Quintella, cui prius ɔſtitutū tradino facta fuerat p̄ferēda. Sed ego Gerardū in denēdo dn̄io potiorē cē r̄n̄di, tū ꝙ Toneta ī fraudē Gerardi prius Quintellæ bona donaſſet, ꝙ ex tp̄is breuitate, & ex perſonarū qualitate, & ex longo Quintellæ ſilētio, fraudulēter paſſa fuit Gerardū alere Peronā annis 12. qbus uixit, & bona pacificè poſſideret: tū ꝙ Toneta, q̄ ɔuenta iurata nō īpleuerat, donationis ipē nullū hēret dn̄iū, qđ in Quintellā transferre potuerit. Sed qa in euētū, ꝙ Perona nō alimētaret a Toneta, ɔuentum fuerat, ꝙ ſibi liceret fructus p̄dictorū donatorū ſua authoritate capere: dicebat donationē ob alimēta nō p̄ſtita, minimè fuiſſe reſolutā. Ego autem fui pactum interpretatus in Peronæ fauorē, vt poſſet, ſi a contractu diſcedere nollet, ſua manu fructus capere.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis natura eſt actum non extendere.*
2 *Iurans ſoluere alimenta, & adimplere omnia conuenta, ſi contrafaciat, perdit dominium & omnia iura, quæ habebat in bonis.*
3 *Pactum in alicuius fauorem appoſitum, non debet retorqueri & interpretari in eius odium.*
4 *Donatio facta in fraudem creditoris venit reſcindenda, ſi appareant aliqua ſigna fraudis.*
5 *Breuitas temporis detegit fraudem & ſimulationem.*
6 *Excommunicationis publicæ notitiam quilibet præſumitur habere.*
Exceptio dominij non admittitur in poſſeſſorio recuperandę poſſeſſionis

Reſpon. Interpreta.

IN cauſa Quintellæ contra Gaucher. Blagerij, viſum fuit prima facie iudicandum bona repetita ſeu eorum poſſeſſionem reſtituēdā, & relaxandam ipſi Quintellæ primæ donatariæ, quia primus donatarius ſtante conſtituto, per quod transfertur vera poſſeſſio, l. quod meo, ff. de acq. poſ. l. certè, ff. de præcar. præfertur ſecūdo, quamuis exiſtenti in naturali & actuali poſſeſſione, l. quoties, C. de rei ven. l. ſiue autem, §. ſi duobus, ff. de pub. & in ſpecie ita conſuluit Alex. conſi. 14. circa primum dubium, col. fi. lib. 1. Præmiſſis non obſtan. in contrarium eſt ipſa ueritas. Vn̄ & ꝓ clariori reſolutione p̄mitto, ꝙ Toneta nō potuit plus iuris trasferre in Quintellā ius nouercā, q̄ ipſa hēat, l. nemo, ff. de re. iu. & qa nemo dat, qđ nō hēt, l. traditio, cū vulg. ff. đ acq. rerū do. tp̄e aūt, quo Toneta donauit bona (de quibus agit̄) dictę Quintellæ, nullū ius habebat, qđ oſtenditur: qa Perona donauerat dicta bona Tonetæ cū pacto, ꝙ teneret alimentare, veſtire, & calciare ipſam Peronā, q̄ alimēta ēt interpellata exhibere recuſauit, ꝑꝑ quā alimētorū recuſationē ipſo iure dn̄ium retro trāſlatū illico fuit ī ipſam Peronā, l. 1. C. de do. q̄ ſub mod. c. uerū, cū gl. de cond. appo. & ita ɔſuluit Bald. conſi. 250. in 3. parte Lud. Ro. conſ. 284. triplici ex capite. Cor. conſ. 102 in cauſa. col. 2. lib. 1. ergo dn̄ium retro trāſlatū erat, bene ſeqtur, ꝙ nō potuit illud in alium transferre, & ita in ſpecie, & in caſu iſto decidit Sal. ī l. ea lege, col. 5. C. de ɔd. ob cau. Nec iſtis ɔſiderationibus ob. ſi dicat, ꝙ Perona cōfirmādo ſcđam donationē factā ꝑ dictā Tonetā d. p̄ſbytero Girai. Borelli, vr̄ cōprobaſſe donationē eidē Tonetæ factam. Quia r̄n̄detur, ꝙ talis ɔfirmatio facta fuit ad effectū, ꝙ iura (ſi q̄ cōpetebāt ipſi Tonetę,) trāſferrēt ī dcm̄ presbyterū, q ſe obligauerat alimētare ipſam Peronā, & ſoluere eius debita, ergo non operabitur, ꝙ ipſa Perona uideat̄ de nouo trāſtuliſſe dn̄ium in ipſam Tonetam; qa confirmans nō dr̄ dare, ſ'm Bald. in l. more, ff. de
1 iur. om. iud. & cōfirmationis † natura eſt actū nō extēdere. l. Aurelius, §. teſtō, ff. de lib. leg. Ale. conſi. 122. viſo puncto. colū. 6. lib. 4. Secundo r̄n̄detur, ꝙ ſi dicta Perona cōfirmādo donationē factā dicto presbytero Gerar. cenſeatur de nouo donaſſe, ex eo ꝙ confirmans actum, cuius ualiditas dependet a ſua poteſtate, cenſeatur de nouo facere, l. q̄rebatur. ff. de. teſt. nul.

l.licet,ff.de iu.& ꝑ Bat.in d.l.more,co.j. tñ talis ꝯfirmatio non
operabitur,ꝙ ipsa Toneta habuerit aliqđ dñium qđ potuerit
ante ꝯfirmationē trãsferre in Quintellã triplici rõne. Primò
qa ꝯfirmatio nõ trahit̃ retro,sed operat̃ a die ipsius ꝯfirmatio
nis dũtaxat,l.obseruare,in fi.de off.Procõ.ꝑ Bar.in l.leges,co.
fi.C.de legi.Secdò,quia talis confirmatio fit ad effectũ,ꝙ dñiũ
transferat in d.presbyterum Girar.ergo operabitur tantum,
quo ad hunc effectum, quia limitata cã limitatũ ꝓducit effe-
ctum,l.age,C.de trans. vbi specialis transactio specialem pro
ducit effectum,sic ẽt spãlis ꝯfirmatio specialẽ ꝓducit effectũ.
possem plura adducere,q̃ omitto.Tertio,qa confirmatio dẽt
intelligi facta absque preiudicio iurium ipsius confirmantis.
ſm Bal.in c.venientes,col.pe.de iureiur.Fel in c.a.colu.xvj.de
rescri.Non ergo debet intelligi,ꝙ intelligatur uoluisse com-
probare donõnem factam eidem Tonetæ ad effectum,ꝙ To
neta potuerit alienasse d.bona in alios,q̃ in dictum presbyte-
rum, quia sic ipsa Perona non potuisset consequi alimenta
a dicto do.presby.Girar.& ꝯñr talis confirmatio cessisset in ca
put ipsius Peronæ,quod non est dicendum per prædicta, Se-
cundo,quia eo ipso ꝙ interpellata ꝑ Peronam non soluit ali-
2 menta,nec alia conuenta adimpleuit,prout iurauerat, † per
dit dñium,& oĩa iura, quę habebat in dictis bonis, & transla-
ta fuerunt in ipsam Peronã,ꝑ tex.in l.si quis maior, C.de trã.
l.j.C.de don. quę sub mod quę iura habent locũ in omni ꝯctu
de mundo,ſm Bar.& cõiter scriben.ibi,& spãliter in casu nrõ,
ꝓut ꝯsuluit Cor.ĩ allegato ꝯsi.102.ver.& insuper. Nec ẽt præ-
missis rõnibus obst.si dicatur,ꝙ Toneta nõ erat ꝓcisè obliga
ta ad obseruantiam ꝯuentorum stante pacto, ꝙ Perona pos-
set accipere de viusfructibus ꝓ suis alimentis,casu quo Tone-
ta non obseruaret ꝯuenta,quia hoc deuiat a uero rõnis tra-
mite, nam illud pactũ appositũ fuit in fauorẽ Peronæ, unde
debet intelligi,si Perona voluerit persistere in ꝯctu donatio-
nis, ꝙ isto casu sibi liceat capere de fructibus, sed si noluerit
3 stare ꝯctui,vt possit ꝓ arbitrio discedere,nã pactũ ĩ fauorẽ,
alicuius appositũ,non dẽt interpretari in eius odium,l.e.quis.
ff.de pig.act.& ibi Bart.Bal.Paul.&Mod.inferunt,ꝙ si debitor
promisit in paschate soluere, vel dare pignora, nihilominus
creditor poterit adueniẽte paschate coger̃ debitorẽ volentẽ
dar̃ pignora,vt ꝓcisè soluat, qa pactũ fuit appositũ in fauorẽ
creditorũ.& optiè ad casum nrm facit tex.ĩ l.cãm,§.puellã, ff.
de manum.vbi pactum,ꝙ liceat puellã (si non manumittat)
auferre ab emptore,intelligit̃,si vẽditor noluerit ꝓcisè ꝯpelle
re emptorẽ,vt manumittat, & in fortioribus terminis consu-
luit Dec.consi.12.per totũ, vbi ꝯsuluit, ꝙ si debitor in solutũ
dederit prędium casũ,quo in terminis non solueret,nihilomi
nus poterit creditor, eum præcisè cogere ad soluendum, qa
solutio censet̃ facta in fauorẽ suũ,si eã noluerit acceptare. fa-
cit l.qđ fauore,& qđ ibi no. Sal.C.de legi. corroborat ex uer-
bis pacti,videlicet verbo,possit,& valeat, q̃ denotãt libertatẽ
ſm gl.in l.sępe audiui C.e.arẽ,ff.de offi.præsi. & sic sensus ver-
borũ pacti fuit,ꝙ possit,si velit,capere fructus,sin minus, re-
cedere a ꝯctu,ita in simili dicit Pau.de Cast.ꝯ. 295.si dicta pi-
gnora,col.2.in 2.part. Nec ẽt obst. pactũ, ꝙ non liceat donõ-
nẽ illa ex cã reuocare,qa tale pactũ non ĩpedit,quominus ꝑꝑ
inobseruantiam ꝯuẽtorũ nõ reuocet donatio, vel liceat do-
natori reuocare,c.peruenit, de iureiu. & probatur in d.l.si qs
maior.Nõ denique obst.si dicat̃, non ꝯstare, ꝙ ipsa Perona ꝑꝑ
inobseruantiã ꝯuentorũ voluerit Tonetam incidisse in pæ-
nam d.l.si quis maior,nec ẽt voluerit a ꝯctu donationis resili
re: qa satis ꝯstat eo ipso, ꝙ ipsa Perona ꝓdicta bona de nouo
alteri donauit,uidelicet d.ꝓsbytero Girardo, nã ꝑ sc̃dam do-
nationem ꝯstat donatorẽ recedere a pria, & illã tacitè reuo-
care,l.rẽ legatam,ff.de adi.leg. & in casu nrõ ita consuluit Ro
ma in d.cõsi.284.in fi.Et ex quo ipso iure erat translatũ dñiũ
in ipsam Peronã,& hẽbat ꝯdõnẽ ob cãm, & rei ven.ad dicta
bona,d.l.1.& ibi no.C.de do.q̃ sub mo.donãdo oĩa bona sua,
& cedendo oẽs actiones sibi cõpetẽtes,cẽset̃ de rei uend.& ꝯ-
dic.ob cãm cessisse ꝓdicto d.Girardo & successorib⁹ suis,qa q
totum dicit,nihil excludit,l.a ꝓcuratore,C.mãd. Gaucherius
ergo successor d.Girardi posset,si ñ possideret, agere ꝯdictio
ne ob cãm,uel rei uẽdicatione,ergo multo magis poterit ex
cipere. Cui.n.dat̃ actio, multo magis ꝯcedit̃ exceptio, l.cui
t⁹,§.cui dam⁹,ff.de re.iur. Ex his satis apparet,nõ obstare fun
damentũ l.quoties,qa ꝓcederet, si ꝑ primã donationẽ factã
Quintellæ esset in eã trãslatũ dñium,alias ꝓferit̃ sc̃dus, ut ibi
dr̃.sed alia rõne nõ ob. qa dol⁹ & fraus dederunt cãm dona-
tioni factæ ipsi Quintellę,cum dolus & fraus nõ dẽant noce-
re ꝯctui inito cũ d. Girar. & successoribus,q occasiõe cessio
nis sibi factæ se obligauit seruare indẽnẽ dictã Tonetã,alere
dictã Peronam,& alia facere,de q̃bus in instrõ ꝯctus,ꝓut ef-
4 fectualr oĩa & singula adimpleuerũt. Nã donatio factaꝰ ĩ frau-
dẽ futuri creditoris,venit rescindenda,si appareãt aliqua si-
gna fraudis,ſm gl.in auth.sed iã necesse,C. de do. aũ nup. &
ibi Bar. & Bal.in l.ait ꝓtor,§.ita demũ,ff.de his, q̃ in frau.cred.
Dec.ꝯs.66.viso puncto.& expssius posuit Bal. in rub. C.de reu.
his,q in frau.cred.ver.q̃ro,pone rũ cõcepuisem.& ꝓbar̃ ĩ c.fin.
de renũ.lib.6.hic aũt apparẽt signa fraudis multipliciter. Pri.
mo,qa donatio fuit facta Quintellæ nouercę suæ, q̃ loco ma-
tris reputat,§.socrũ,Inst.de nup.& ex qualitate ꝑsonę donata
riæ arguitur fraus & simulatio,l.data,§.pe.ff.de bo.li.Bar. in l.
post ꝯctũ,in ij.ꝓsumptione, ff.de do. Secdò constat de fraude
ex breuitate temporis inter donationem factam nouercæ, &
cessionẽ factã d.Girardo,inter quas nõ interuenit interuallũ
24.horarum.Breuitas†.n.temporis detegit fraudem & simu-
lationem,l.si uenter,§.fi.ff.de priui.l.cre.& ibi Bar.& in d.l.post
ꝯctũ,in v.ꝓsump.& Cęp.tra.de simu.ꝯct.col.6.ver.ij.casu prin-
cipali.vñ cum donatio prius facta Quintellę,fuerit facta ĩ frau
dẽ,ac simulatẽ ex mera cã lucratiua, cessio uero facta d. Girar
do fuerit facta ex cã onerosa,ut patet ex tenore ꝯuentionũ,
ergo naturalis ratio,& summa æquitas suggerunt. ꝙ sit ꝓferẽ
dus Gaucher.q tractat de dãno euitãdo du. Quintellæ,q tra-
ctat de lucro captando cum fraude & iniuria ipsius Gaucher.
l.ait ꝓtor,§.hæc actio,ff.de his,q̃ in frau.cre.ubi tex.no.& in ꝓ
posito dicit Bal.in rub.C.de his,qui in prio.cre.lo.succe.quod
d.l.quoties,nõ hẽt locũ qñ is,cui prius res est tradita,hẽt titu-
lũ lucratiuũ,& alius habet titulum onerosum: & licèt loquat̃
qñ sc̃ds,cui prius res est tradita, hẽt titulum lucratiuũ & pri⁹
onerosum.tñ eadẽ rõ idẽ innuit esse in casu opposito,ꝑꝑ re-
gulã ꝯtrariorũ quæ uult,ꝙ ita se habeat oppositũ in opposi-
to,ꝙ propositũ in proposito,c.cognoscentes, d̃ consti. l.fi.de
le.a. Et si dicat̃,verũ esse si ꝯstaret,ꝙ ipsa Quintella particpas
set de fraude,rñdet̃,ꝙ quantũ sit respectu ꝯctus donationis,
sufficit donãtẽ in fraudẽ alterius donasse, licèt donatarius ñ
participauerit de fraude,ſm Bart.in d.l.post ꝯctũ.ver.quartus
casus.& ita in terminis nrĩs vult d.Ias.in d.l.quoties,in x.fallẽ.
post Bal.in d.rub.C.de his,qui in prio.cred.lo.succe. Secundo
rñdet,ꝙ præsumẽdũ est,ipsam Quintellam participẽ fuisse hu
ius fraudis.elicio aũt hãc ꝓsumptionẽ ex eo, ꝙ sciebat priui-
gnam suam fore excõicatã ꝑꝑ inobseruantiam conuentorũ
inter ipsam & Peronã,sciebatque ipsam nõ hr̃e modum adim-
plendi promissa,& ꝯñr necesse esse,ꝙ imploraret auxilium d.
do.Girardi vel alterius.Si aũt dixeris, non constare,ꝙ ipsa sci
ret,rñdet̃,ꝙ excõicationẽ nõ poterat ignorare, qa fuerat pu-
blicata in ecclesia,& excõicationis publicæ notitiam quilibet
6 †præsumitur habere, c.j.de postu.præla. præsumitur ẽt scire
vires patrimonij dictę priuignæ,quia coniunctus præsumitur
scire facta ꝯiuncti,l.octaui,ff.unde cogna. l. de tutela,ff.de in
integ.rest.mino.tradunt Bart.& Mod.in l.j.ff.si cer. pet. & eo
maxime.quia inhabitabant simul in eadẽ domo,l.j.§. hoc ãt.
ff.ad Silla.sciebat ẽt priuignã teneri ad alimenta pręstanda di
ctæ Peronæ,quia sibi lectum fuit instrm per Notariũ,l.j.& l.2.
§.inspectio,ff.quemad.test.aper.cum simi.sciebatque postea die
sequẽti,ꝓrem & priuignam simul cessisse iura dictæ donatio-
nis prædicto d.Girar.ad effectũ, ut a censuris releuaretur pri-
uigna, quæ scientia præsumitur ex eo,quod ꝓdicta cessio fuit
facta ĩ domo,in qua habitabat ipsa Quintella,d.l.j.§.hoc ãt. &
per priuignam,quæ nouercalibus furiis subdita nõ credit̃, in-
uita nouerca cessisse ꝓdicta iura,ar.l.iij.ff.de inof.test.ꝙ ita sit,
ꝙ ꝯscia eẽt oium actorũ.nec vllũ vnq̃ verbũ fecerit, nisi post
mortẽ d.Peronæ,q̃ annis circiter 12.post pręstita alimẽta per
Gaucher.superuixit, qs negabit eã ñ fuisse fraudis participẽ,
& eã tacuisse,durãte uita d Peronæ,ut non subiret onus eam
alimẽtandi.Quare cum malitiis hominũ ñ sit indulgendũ, c.
sedes,de rei.derogan.da oĩno ueniunt petita per d. Quintellã:
& vbi sc̃ds scit rẽ prius alteri fuisse cessã, tũc ꝓferẽ prim⁹, ẽt ꝙ
res fuit tradita prius sc̃do, a quo ꝑ act.ꝓtoriã põt reuocari,ſm
Tho.Ferra.cau.48 Cõstat itaque ex ꝓdictis ꝑ donationẽ factam
d.Quintellæ nullũ ei fuisse acq̃sitũ dñiũ,ꝓferẽdũque Gaucher.
cessionariũ ex cã onerosa. Et si dicat̃,ꝙ ĩ pñti iudicio agit̃ pos
sessorio recuperẽdæ possessionis,†in quo nõ admittitur exce
ptio dñii,l.si quis ad se fundũ,C.ad l.Iul.de vi,c.j.de rest.spol.rñ
det̃ multis modis. Et primo,ꝙ admissi fuerunt articuli ꝓdicti
Gucherii respicientes petitoriũ,ut patet ex ꝓcessu,& iõ cumu
latũ fuit petitoriũ cũ possessorio, quo casu audit̃ exceptio do-
minii,d.c.1.& Cæp.cau.sua 133.res mobilis.Bar.in d.l.si qs ad se
fundũ.& in l.1.§.sed & si is cui,in fin.ff.de no.oper.& isto casu
petitoriũ absorbet possessoriũ,c.pastoralis,de ca.pos.& ꝓpr.Se
cundo rñdetur, ꝙ apud Quintellã nulla unquã fuit possessio,
qa ex quo ꝯctus donationis sibi factæ nõ valet(vt sup.latè ꝓba
ui)sequit̃,ꝙ ꝯstitutũ, ꝑ qđ Quintella ꝓtendit se possidere, ẽt fuit
nullũ,& inane,ſm Bal.in l.ex testõ,C.de fideic.Alc.consi.82.li.
ij,Ias.in l.j.§.si quis ita.ff.de verb.obl.Iõ cum exceptio proprie-
tatis oppositæ ꝑ Gaucher.sit talis, q̃ cõcludat Quintellã nunq̃
possedisse,illa hẽt obstare ẽt agẽti possessorio,ſm Bald in titu.
de pace Cõstã.in verb.restituit,& per Ale.in l.naturaliter.§.ni
hil cõe,ff.de acqu.pos.& alibi sępe.Tertio rñdetur ꝙ Gaucher.

eſt ſucceſſor ſingularis cum ti. & bona fide, & ideo ꝯ eum nõ cõpetit interdictum vnde vi, l. ſi de eo, §. fi. ff. de acqu. poſſ. & ſatis de ſe patet. Non etiam contra eum datur cõdictio ex can. reintegranda, quia non competit contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, ſecundum Barto in l. rem, quæ nobis, ff. de acq. poſ. cuius opin. dicit eſſe *communem* Soc. conſi. 39. in 3. parte. & licèt in hoc quamplures contradicant, tamen in caſu, quo ſingularis ſucceſſor habet cauſam ab alio bonę fidei poſſeſſore cum titulo & bona fide, ut in caſu noſtro, videtur tenenda opin. Barto. & ſequacium, vt dixi in cap. ſæpe. de reſtitu. ſpol.

RESPONSVM X.

Pater quinque numorum millia donauit Franciſco, & Michaeli filiis ſuis abſentibus, quos ex eiuſdem donationis contextu conſtat tunc fuiſſe emancipatos, & inuicem ſubſtitutos, ſi eorum alter abſque liberis prædecederet, quia emancipatio donationem ſequi videbatur, & quia abſque principis reſcripto Diui Imperatores Ant. & Conſt. abſentes emancipari vetant, & quia in actis donatio regiſtrata minimè fuit, videbatur pleriſque donationem nullius eſſe momenti. Contrariam ego ſententiam ob religionem iuriſiurãdi, & filiorum ratihabitionem puto probabiliorem eſſe. Dubitatum quoque fuit, an pro legitima filiorum portione reiicienda eſſet ſubſtitutio. Reſpõdi Iuſtiniana lege ea reiici onera, quę inſciis & inuitis filiis, non quæ conſentientibus, legitimę adiiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filijs emancipatis pater donare poteſt.*

2 *Actus plures ubi reperiuntur celebrati eodem die, uel eadem hora, ille præſumitur præceſſiſſe, qui debuit præcedere.*

3 *Donatio facta ob cauſam non requirit inſinuationem.*

4 *Donatio facta filijs in poteſtate, iurata ualet, & quid ita.*

5 *Filius poteſt non ſolum grauari in legitima, ſed ex toto exhæredari, ſi exhæredationis conſentiat.*

Reſpon. Interpreta.

Duo dubia ex ſerie inſtrumenti donationis naſci videntur. Primum eſt, an donatio valuerit. Secũdum poſita parte affirmatiua, an ſubſtitutio inter donatarios facta ualeat ſaltem reſpectu legitimę. Circa primum vr̃ ꝙ donatio nõ valeat, quia facta a patre Franciſco, & Michaeli filiis in poteſtate cõſtitutis, quibus pater donare nõ põt ratione reflexionis: nam cum ſint in poteſtate, quicquid ſibi datur a patre, cũ ſit profectitiũ, illico reacquiritur ipſi patri, l. placet, ff. de acquir. hęr. quæ lex adhuc ſtat incorrecta reſpectu peculii profectitii. & ꝙ donatio facta filio in poteſtate non valeat, ſunt iura notiſſima ĩ l. donationes, quas parẽtes, C. de don. int. uir. & vxor. cũ ſuis cõcor. Nec obſt. ſi dicat, ꝙ fuerunt illico emancipati, vt apparet ex tenore inſtrumenti: quia rñdet, ꝙ ſufficit, ꝙ donatio momẽto pcęſſerit, quia eodem momento bona donata redeunt ad patrem, d. l. placet. Pręterea, emancipatio Michaelis, cuius portione agitur, non vr̃ valere, cum tunc eſſet abſens, Ad hoc. n. ut filius abſens poſſit emancipari requiritur, ꝙ impetretur reſcriptũ Principis, l. iubemus, C. de emanc. li. q. l reſcriptũ non fuit impetratũ in caſu noſtro. Item requiritur, qđ emancipatio filii ẽt præſentis fiat corã iudice cõpetenti, l fin. C. eo. tit. ſed pñs emancipatio abſq; pñtia iudicis facta reperitur, ergo non põt de iure ſuſtineri. Non ẽt vr̃ obſtare, ſi dicat ꝙ donatio fuit iuro roborata, quia ẽt donatio facta filiis in poteſtate cum iuramento, non videtur valere, prout tenet Pau. de Caſt. conſi. 345. do. Vber. miles in 1. parte. & Raph. Ful. conſi. 199. viſis inſtrumentis, &c. Phil. Cor. conſil. 9. in hac conſultatione, li. 2. quia iurm̃ non põt impedire, quin dominium illico reuertatur ad patrem rõne patriæ poteſtatis, quæ durat ẽt ꝙ pater iuret donationem obſeruare. Premiſſis non obſtan. ꝯ-
1 rium arbitror de iure verius, tum quia hmõdi donatio facta fuit filijs † emancipatis, quib. prem donare poſſe ꝯſtat, d. l. fin. & l. frater a fratre, ff. de condi. indeb. Nec ob. dum di, quod fuerũt emancipati poſt donationem, quia ꝯrium eſt in facto verius: licèt. n. ex ordine literę ipſius inſtrumenti videatur præceſſiſſe donationẽ, tñ ex ordine intellectus arctamur dicere, ꝙ præceſſerit emancipatio ex duobus Primo, quia in his, q̃ fiunt eodẽ contextu, & eadẽ ſcriptura, non inſpicimus ordinem literæ, ſed ordinem intellectus, l. 2 § prius, ff. de uulg. & pup. ubi ſi in eodem teſtamento fiat primo ſubſtitutio, deinde hęredis inſtitutio, prępoſteratio non vitiat, quia ſm ordinem intellectus inſtitutio præpoſita vr̃, & ſe in eodem inſtrumẽto primo oppoſita ſit exceptio ꝯ actorẽ, poſtea ꝯ iudicẽ, intelligit prius oppoſita exceptio declinatoria in ordine intellectus, ſm Bar. in l. quidam cõſulebant, col. fin. ff. de re iud. & ibi latè Alex. & alij. Secundò, quia ubi eodem die, vel eadem hora reperiuntur
2 plures actus celebrati, † ille præſumit pręceſſiſſe, qui debuit pcedere, l. cum in teſtõ, §. hæc verba, ff. de hęr inſt. p quem tex. Bal. Ang. & Imo. deciduñt in ſpecie qõnẽ noſtram. dicunt n. inſtũm emancipationis in dubio intelligi pręceſſiſſe. & facit qđ decidit Ro. de teſc. & appel. deci. ccx. in nouis. dicens, ꝙ ſi eadem hora reperiatur facta appellatio, & appellationis commiſſio, credẽdum eſt appellationem præceſſiſſe: & ad propoſitum faciunt plura alia, quę reduxit Fel. in c. paſtoralis, col. 1. de reſcrip. Non ẽt obſtat, dum dicĩt, ꝙ abſens nõ potuit emãcipari niſi reſcripto imperiali, d. l. iubemus. quia ſufficit, ꝙ abſens poſt emancipationẽ ratificet, vt eſt tex. in § generaliter in Aut. qb. mod. na. eff. ſui, arguẽdo de legitimatione ad emãcipationẽ, prout arguit legiſlator in d. §. gñraliter. & Bar. Bal. Ang. & Sal. in d. l. iubemus. Et ꝙ legitimatio abſentis conualidetur per ratificationem, firmat Fran. de Cur. ſenior conſ. 4. punctus, de quo quęritur. Ad tex. in d. l. iubemus, inquantum exigit reſcriptum Imperiale, rñdet, ꝙ in hoc ille text. corrigit per l. fi. C. e. ti. & §. noſtra, Inſt. qui mo. ius pat po. ſol. & ita uolunt gl. Od. & alij *cõiter* ibi Non deniq; ob. dum dicitur, ꝙ nõ fuit facta coram iudice, & ſic non fuit inſinuata, prout ẽt hodie requiritur, d. l. fi. & d. §. noſtra. Emancipare. n. filium corã iudice, nihil aliud eſt, q̃ emancipationem inſinuare, d. l. iubemus, in ver. apud cõpetentẽ iudicẽ inſinuare. quia ad hoc rñdetur, ꝙ iurm̃ ſupplet defectũ inſinuationis, ſm cõem, & apud Legiſtas & Canoniſtas canonizatã opi. vt p. d. Ale. cõſi 83. lib. 2. & cõſi. 12. li. 1. & conſi. 20. col. 2. & conſi. 21. col. 3. lib. 2. Pan. & alios, in c. cum contingat. de iureiu. & idem Pan. conſil. 107. col. 2. li. 2 cum aliis innumerabilibus auctoritatibus, quas breuitatis cã nõ referam. & ex hoc patet ẽt rñſio, ſi diceret, ꝙ pñſens donatio ſex millium ducatorum requirat inſinuationẽ iuxta l. ſancimus, C. de dn. quia iurm̃ ſupplet defectũ inſinuationis omiſſæ. Poſſum ẽt dicere, ꝙ huiuſmodi donatio facta fuit pro legitima ipſorum filiorũ, & vt renũcietur bonis pa-
3 ternis, & ſic fuit donatio facta † ob cãm, q̃ nõ reqrit inſinuationem, ſm gl. Bar. Imo. & alios *cõiter* in l. Aquilius Regulus, ff. de do. & Bal. in l. illud, C. de ſac. ſan. eccl. cũ ꝯcor alleg. per Ale. in d. cõſi. 12. col. 3. li. 1. & in d. conſi. 83. col. fi. li. 2. Secundo principaliter, ẽt ꝙ donatio fcã fuiſſet dictis Fran. & Michaeli, exiſtẽtibus in patria ptãte, adhuc certiſſimi iuris ẽ. ꝙ valeret, quia
4 *cõis Doctõ* ſententia eſt, ꝙ donatio † facta filij in poteſtate iurata valeat: virtus. n. iuramẽti operat validitatẽ talis donationis, ſm Bal. in l. 3. C. pro dona. & Card. Pan. & Imo. latè in d. c. cum contingat. Soci. conſi. 91. viſa & diligenter, &c. col 4. lib. 1. Dec. in aut. ex teſtamento, col. 4. C. de col. & hanc dicit eſſe magis communem Alex. conſi. 8. viſis & conſideratis. li. 2. p totũ, & rõ eſt, quia vbi eſt iuramentum, quod eſt de iure naturali & diuino, ca. & ſi Chriſtus, de iureiur. non eſt curandum de patria poteſtate, cum in his quæ ſunt iuris naturalis, non attẽdatur patria poteſtas, l. item in poteſtate, ff. de his, q ſunt ſui, vel alie. iuri. Circa ſcđm, quia prędicta donatio facta fuit, & in teſtamento patris confirmata pro legitima ipſorum filiorum, videretur dñm, ꝙ pro ea ſumma, q̃ capit ltĩma, grauari non potuerint ſubſtõne fideic. quæ dr̃ onus & grauamẽ, l. eo heredi, §. cũ filiæ, ff. de vulg. & pupi. nam de legitima reiicitur omne grauamen, leg. qm̃ in prioribus, & l. omnimodo, C. de inoſ. reſta. Contrarium tñ in caſu iſto rñdendum puto, quia ipſi Franc. & Michael, filij donatarij conſenſerunt, quod tale onus fideic. imponeret ſuper eorum legitima, quo caſu ceſſat diſpoſitio d. l. qm̃ in prioribus, vt eſt tex. in l. ſi quando, C. de inof. reſt. & facit text. in l. non puteuit, §. ſi quis ſua manu. ff. de bo. poſ. ꝯ tab. quibus iuribus probatur, ꝙ filius poteſt non
5 ſolum grauari in legitima, ſed ex toto † exhæredari, ſi exhæredationi conſentiat. Et ſi dicatur non ſufficere pręſtari cõſenſum in genere, ſed oportere ꝙ in ſpecie filius cõſentiat oneri impoſito ſuper ipſa legitima, vt dr̃ in d. l. ſi qñ, §. j. Quia rñdetur dupliciter. Primo, ꝙ dicti filii donatarii approbarunt in ſpecie dictã ſubſtitutionẽ, ex quo approbarunt omnia, & ſingula contenta in inſtrumento donationis, q̃ uerba ſunt diſtributiua, & habent uim ſpecialis dinumerationis omniũ & ſingulorum contentorum in ipſo inſtrõ, ſecundũ Bal. in l. ſi Stichum, §. ſtipulatio, ff. de verbo. obli. & eſt tex. & ibi Archi. in c. ut circa, de elec. lib 6. Secundo dicti filii approbarũt contenta in d. inſtrumento, & promiſerunt non contrauenire cum iuro, qđ habet vim expreſſi, & virtutẽ ſpecialis, & ſpecificę approbationis, ſecundum Bald. in l 3. colu. pe. in a. q. C. cõmoda. Et ꝙ ſufficiat generalis conſenſus cum iuramento, in terminis d. l. ſi quando, §. 2. tenet ibi Iaſ. colu. 2. allegans ita determinaſſe Lud. Ro. in l. 1. § ſi quis ita, col. ix. ff. de uerb. ob. & ita ẽt decidit Georgius Natta in repe. c. quamuis, col. 8. & ſeq. de pact. li. 6. & ſequuntur plures alij, quos refert, & legẽ

Alex.

Ale.consil.18 t.perspectis,li.v & Dec.consi 26.col.2.& proba-
tur in d.c.quamuis,de pact.li.6.

De donationibus causa mortis.

RESPON. I.

Pestiferatus creditur in dubio mortis cā donasse,sed
vbi inter uiuos se donare testatur,nulli
est coniecturæ locus.Quæ patet filio ob benemer.ta donauit
conferenda non sunt,ēt quod merita nō fuerint probata vel
specificata,dummodo pater se ob benemerita donasse iura-
uerit.Credendum.n.est donatori merita gñaliter proponen-
ti,vbi absque ulla meritorum assertione donatio defendi pōt.
Recepta āt est eorum sententia,qui donationem in filiū non
merentem,a patre cum iuramento factam,tuentur.

SVMMARIVM.

*1 Instrumentū cōfectū à Notario publicè excōicato,non probat,& an tem-
pore pestis factum a Notario nō matriculato,ualeat & fidem faciat.2.*
*3 Donatio facta a patre pestiferato filio in potestate,an conferri debeat dona
tio causa mortis,an inter viuos.*
4 Donatio facta ab infirmo in dubio pſumitur donatio causa mortis.
*5 Donatio an dicatur cā mortis,si quis donat post mortem oīa bona sua tit.
donationis Et quid si donator promiserit donationem habere ratā & gra-
tam,& nullo vnquam tempore illam reuocare. 6.*
*7 Donatio inter uiuos censetur,si dicatur in instrumento,quod pater dona-
uit filio pro se & suis.*
8 Donatio,quæ morte confirmatur,non confertur,quia habet uim relicti.
*9 Dono simplex ualida a principio,uenit conferenda,remuneratoria autem
nequaquam.*
10 Assertio meritorum,quamuis generalis,in casu occurrenti plenè probat.

Respon.interpreta.

1 Circa Primum dubiū cōis Doctorū snīa est.q instrm cō
fectū a Notario publicè†excōicato ñ probet,fm
gl.c.conter scrib.ī c.decernim°,de sn:2 excō.li.6.& ibi Io.An.
Anch.Gem.& alii,& ita ēt tenet Spec.titu.de instio.edi.§.re-
stat,ver.quid si instrm confectū est a tabellione,&c.& firmat
Pan.in proœ.Greg.ver.Gregorius.sed dubitatio stat,an ista cō
munis opi.procedat ēt in instrīs rogatis ab excōicato tpe pe-
stis,quo tpe alterius Notarii copia haberi non posset?& pro-
babiliter dici pōt.quod nō per id,quod decidit Ang.in l.si va-
cantia,§.fi.ver.itē patet ex pdictis,C.de bo.vacā.li.x.vbi vult,q
tpe pestis instrm confectū a Notario ñ matriculato,valeat &
2 fidē faciat,†non obstante q statutū disponat instia rogata p
Notarios non matriculatos nullā fidē facere.sequit Alc.in l.
fi.C.de test.& Io Firma.in tract.de gabellis,q.24.2.partis.Scdo
facit,qa tpe pestis valet ɔtus mulieris,de quo rogatus fit vn°
Notarius,non obstante,quod statutū disponat ɔtū nō uale-
re,nisi de eo sint rogati duo Notarii,scdm Ang.in §.quod āt,
p illū tex.in Auth.de nō alie.seqt Ias.in d.l.fi.& ɔprobar ex eo,
qd decidūt Bal.in l.ad psonas egregias.ff.de iureiu.Fel.in cap.
proposuisti,col.2.& in c.cām,in 6 nn de pb.& qd uolūt Bart.
& alii,in l.1.§.fi.de uer.ob.Tertio facit,qa tpe pestis in subsidiū
mulier pōt esse testis in testō,scdm Ias.in d.l.fi.licèt alias ñ pos
sit,§.mulier,l.q testō,ff.de test.Quarto facit,qa licèt phibitū
sit sub excōicationis pœna Christianis infirmis uti opa,& me-
dicina Iudæorū,c.nullus,28.q.1.tñ fallit,qñ nō reperit in loco
alius medicus,scdm Fel.in c.tua nos,de homicid.& bñ pbat I
c.qm multos,11.q.3.& in c.cst uolūtate,§.pdicatores,de sent.
excō.ubi pbat,quod ēt ab excōicatis licitè qs recipit necessa-
ria,qñ ñ hr copia aliorū ñ excōicatorum,q subministrēt.& in
istis terminis saluari pōt opi.eorū,q tenēt,quod instra confe-
cta a Tabellione excōicato,fidē faciat,nisi sint cōfecta a Tabel
lione excōicato pp hrsim,q pannū sustinuerit indurato cor-
de cēsuras,ut statuit Inn.in c.plæ,de exce.li 6 & Fede.de Senis
ɔs.74.& Bar.in auth.credētes,C.de hær.& Io.de Lig.in c.ueri-
tatis,de do.& cōtu.Vnū nō omitto p instructione donatarii,
quod si testes instrarii fateant cōtenta in istro esse uera,q vir
tute probōnis factę per testes obtinebit,dato quod probō
3 instralis corruent,cū scriptura ñ sit de substātia dōnis,l.ɔhit.
ff.de pig.Circa scdm,an donatio facta † a pre pestiferato filio
in ptate,censeatur donō cā mortis an uero dici dēat donō in
ter uiuos,uideretur rñdendū,quod dici dēat donatio cā mor.
ex pluribus. Primo,quia ubi fit mentio mortis,præsumitur
donatio causa mortis,l.Scia,ff.de do.cā mortis,l.Seia,ff.de do.
prælé.in casu isto & si mortis mentio nō fuerit facta p verba
expssa,tñ vr fcā mētio ipso facto pp instās piculū mortis:volū
tas.n.ita datur intelligi facto,sicut verbo,l.rephendēda,C.de
inst.& subst.Scdo,pro hac pte vr tex.in c.2.de ɔiue.a ɔrio sen
4 su,p quē tex.no.ibi Ant.de Bu,q donō†fcā ab īfirmo ī dubio
pſumit donō eū cā mor.Tertio,facit tex.in c.de his,de sepul.
quē ad hoc ibi pōderauit Io.An.Quarto facit,qa in dubio ca-
piēda ē īterpre.p q̄ actus sustineī,l.quoties,d reb.dub.& l.quo
ties,de reg.iu.Dicamus ergo,q pr uoluerit donare cā mortis,
qa talis donatio valet,& si īter viuos,qa non ualet,l.donōnes
quas parētes.C.de do.iter vir.& uxo.Et q donō in dubio cen
seat do.cā mortis,qñ nō pt valere donō inter viuos,vr casus ī
l.apud Celsum,§.1.ff.de exce.do.per quē ita tenet Lud.Ro.in
l.q dotis,ff.sol.mtr.& ita p aliqua ex prædictis ɔsuluit Cor.ɔsi.
124.licèt In hac,li.4.Accedat,q in hac do.adhibiti fuerūt quin
que testes necessarii in donatione cā mor.l.fi.C.d do.cā mor.
l.fi.C.de codi.ex quo licet ɔiecturari,quod pr voluerit donare
cā mortis,qa in donatione inter viuos sufficiunt duo testes,
sicut in reliqs ɔtib.l.ubi numerus,ff.de test.c.in omni nego,
tio,e.ti.Prędictis non obstantib.scdm ea,q̄ proponunt,i ɔriū
arbitror veritatē.Rñdeo itaq; hāc eē donationē inter uiuos,
nā ut in themate pſupponit,donator tit.puræ & merę dona-
tionis,q̄ fit,& fieri dr inter viuos,donauit &c.vñ cū simus in
casu certo & claro,frustra dubitatur,qa vbi uerba sūt clara,
cessant ɔiecturæ,l.ɔnnuus,§ cū ita,ff.de verb.ob.& cū in uer-
bis nulla est ambiguitas,nō est admittēda uolūtatis qō,l.ille
aut ille.§.cū in verbis,ff.de le.3. It q hæc verba,ti.do.inter vi
uos,tollant oēm dubitōnē,firmat Bar.in l.stipulatio hoc mō
5 ɔcepta,ver.qro,aliquis vult.q si qs donat†post mortē oīa bo
na sua ti.donōnis inter viuos,q talis donō nō dicat donō cā
mortis,sed simplex donatio inter viuos,dato q sit facta men
tio mortis.illa ergo verba,inter viuos,tollūt omnē dubōnē,
& potentius operātur,quàm mortis mentio habita ī ipa do-
natione.& pro hoc est text.in l.cum maritus §.fi.ff.de pac.do.
ſi dicat, ꝙ ſtãte inualiditate primæ gr̃æ acq̃ſitũ erat i⁹ aduerſario,
qđ ꝑ ſcdam gr̃am nõ vr̃ tolli potuiſſe, cũ non poſſet Princeps au
ferre pœnã ſemel parti applicatam, ſm gl. & Mod. ĩ l. 2. C. de in
ius voc. qui. n. cedit iura ſua litigioſa potentiori, hac pœna plecti
5 tur, & talia in aduerſarium transferuntur, l. fi. † C. ne lic. poten.
Quia ad iſtud r̃ndet, ꝙ ꝑ alienationẽ rerũ corporaliũ litigioſarũ
nõ acquirit aliquid aduerſario, l. pe. ff. de alie. iud. mut. cau. facta,
ſed ſolum compellitur emptor reſtituere rẽ vẽditori, ſoluta æſti-
matione fiſco, l. fi. C. de litig. nec ẽt ꝑ alienationẽ factã in iudicẽ
res vendita applicat̃ pti collitigãti, d. l. auferi, §. j. ff. de iu. fi. vnde
fruſtra ꝑ partem allegatur ius fuiſſe q̃ſitũ. Non ob. tex. in d. l. fi.
C. ne lic. pot. q͂a loq̃t ĩ ceſſione actionũ, ſm gl. ibi, nos loq̃mur in
alienatione rerũ corporaliũ, & ita declarat Azo in Summa, C. đ
liti. Sed poſito, ꝙ aliq̃d ius parti acq̃ſitum fuiſſet illi ex diſpõne
legis editæ a Principe, potuiſſet Princeps ipſe tale i⁹ auferre, ſm
Ang. in l. Anthioc. ff. de priu. cred. & in l. Lucius, ff de euict. & pl̃a
ad iſtud propoſitum adducit Fel. in c. q̃ in eccleſiarum, col. xvj.
ver. v. decſo, de conſti. Nõ obſtãt tradita ĩ l. 2. C. de in ius voc. q͂a
ꝓcedũt ĩ Principe recognoſcente ſupiorẽ, vt pz ex doc. Bar. ibi,
nos vero loq̃mur ĩ d. Delphino, q in ſuo Delphinatu tenet locũ
ſupremi Principis, q põt ius acq̃ſitũ ex legis diſpõne auferre cui
vult, vt patet ex p̃dictis. Ad quartũ, an illa ꝓteſtõ ꝙ venditio ha-
beat̃ ꝑ non facta, vbi ei ius nõ aſſiſteret, excuſet ꝯhẽtes a vitio li-
tigioſi, videret̃ r̃ndendũ ꝙ ſic: q͂a in his, in q̃b. factum regulat̃ &
6 modificat̃ ab aĩo, ꝓteſtõ † declaratoria excuſat ꝓteſtantes a deli-
cto, ſm gl. in l. j. ver. nec vi, C. vti poſ. ꝑ quam ita docet Bar. in d. l.
j. & in l. nõ ſolum, §. morte, col. 6. ver. circa quartũ, ff. de no. oper.
nun. ꝯctus aũt reſolo pendet ab aĩo ꝯhẽtium, l. j. & 2. C. q̃ñ lic. ab
emp. diſce. ergo, &c. ad hoc facit optimum ſiſe de emphyteuta,
q alienauit rẽ emphyticã, ſi, & dũmõ directo dño placuerit. Nã
talis ꝓteſtatio eũ excuſat a commiſſo, quia nõ dr̃ facta alienatio,
ſi dñs non ꝯſentiat, ſm Albe. de Roſ. in l. fi. C. de iure emphy. &
Iac. Alua. in c. j. in prin. de prohi. feu. alie. cum concor. adduc. per
Cur. ſenior. conſi. 8. viſo inſtr̃o, Cõtrariũ veri⁹, q͂a ꝓteſtatio ꝯtra
ſacto in his, q̃ dependẽt a ptãte iuris, nõ aũt ptiũ, nihil oꝑat̃, l. ali
menta, C. de neg. geſt. & c. cum M. Ferrarien, de conſt. nõ depen
det aũt a ptãte ptiũ alienare rẽ litigioſã, abſq; vitio litigioſi, er-
go &c. Nec ob. dũ dr̃, ꝙ ꝓteſtõ excuſat ꝓteſtantẽ a delicto in ca-
ſib. in q̃b. factum regulat̃ ab aĩo, q͂a ꝓcedit q̃ñ anim⁹ tollit vitiũ
a facto, ſicut loq̃t gl. in d. l. j. C. vti poſ. l. quando q̃s ingredit̃ poſ-
ſeſſionẽ alteri⁹, ꝓteſtando ꝙ nõ vult poſſeſſorẽ deiicere: ſec⁹ q̃ñ
7 aĩus non tollit † vitiũ a facto, vt in caſu nr̃o, in quo venditor trã-
ſtulit dñiũ & poſſeſſionem rei litigioſæ in iudicẽ. Nam aĩus nõ
tollit vitiũ tranſlationis poſſeſſionis in alterũ, & iõ ſi emphyteu-
ta, q ꝓteſtat⁹ eſt ſe vendere, ſi dño placuerit, nõ excuſat̃ virtute
talis ꝓteſtõnis, ſi rẽ tradidit emptori, ſm Bal. ĩ c. Cumana, verſ. &
p̃dicta faciunt, de ele. & in c. q̃ ĩ eccleſiarũ, col. 10. đ ꝯſt. Refert er-
go, an Raipallus trãſtulerit poſſeſſionẽ molendinorũ in empto-
rem, an vero ſteterit in puris finib. ꝓteſtõnis ſuæ. Ad tertium an
ꝑ vltimũ reſcriptũ fuerit derogatũ primis duob. q̃b. conceſſa fue
rat alienandi facultas ẽt in dictum iudicem, non obſtãte vitio li-
tigioſi. Iſta q̃ő põt dupl̃r intelligi. Primo, an Princeps, ſiue eius
locũtenẽs potuerit. Scđo, an derogare voluerit. Ad primũ quan-
tum ad effectũ, ꝙ alienatio nõ valeat, r̃ndere Principem potuiſ-
ſe, ſed quãtum ad hoc, ꝙ commiſſa ſit pena litigioſa, vel alienan
tes in iudicẽ nõ crederẽ potuiſſe, ne authoritate reſcripti ꝯhẽtes
illaqueati repiantur, l. j. C. de his, q vẽ. ꝓta. impe. Aliogn eſſet ĩ po
teſtate Principis facere, q̃ñ vellet, impetrantes gr̃as ꝯ ius incide-
re in penas, reuocando ipſas gr̃as pro ſuo arbitrio, quod eſt abſo
num, & crudele dictu. nõ. n. dẽt Princeps fraudẽ vllam adhibere
8 in † p̃iudicium ſubditorum, c. ꝑ tuas, de do. nec inde iniuriarum
nanciſcenda eſt occaſio, vñ iura naſcunt̃, l. meminerint, C. vñ vi,
Ad ſm, an voluerit derogare, non poſſum dare certũ r̃nſum, q͂a
nõ fuit mihi exhibita copia reſcripti. Ex his tñ, q̃ præſupponun-
tur in narratione facti, arbitror ꝙ voluerit derogare primis in ea
duntaxat parte quatenus ꝑ prima reſcripta ĩpediri põt, ne iudex
cognoſcat de cauſis dictorũ molendinorũ ſimul cũ cã poſſeſſo-
rii, de qua in themathe. Quia illud eſt, q̃đ principal̃r mãdat̃ ꝑ vl-
timũ reſcriptum emanatũ cũ cl̃a, nõ obſtãtib. primis reſcriptis,
9 q̃ cl̃a † ſolum oꝑat̃ quãtũ ad diſpõnem ſpecificatã, c. paſtoralis,
ibi, quãtũ ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur, de reſct. Preterea
non eſt veriſimile, ꝙ Princeps voluerit derogare primis, quantũ
ad effectũ, vt Raipallus vẽditor, & iudex emptor incidãt in penã
ob alienationem factã auctoritate dictorũ reſcriptorũ, quia nõ
poteſt illud facere, nec ꝯuenit Principi, vt ſtatim dixi. ꝯceſſio aũt
Principis in dubio reſtringẽda eſt, vt id ſolum voluerit ꝯcedere,
q̃đ ſuæ eſt ptãtis, l. Lucius, §. Imperator. ibi, eũ ad ea, q̃ mandari
pñt, voluntatẽ dediſſe videaris, ff. ad muni. Ad vltimũ, q̃đ habet
duo capita, videlicet, an euitabuntur penæ vitij litigioſi, & alie-
nationis ĩ iudicẽ, ſi iudex ĩ vim dicti pacti reſolutiui retro tradi-
derit molendina Raipallo venditori? Ad iſtud primũ caput r̃n-
deo nõ euitari, q͂a ſemel dolũ fecit Raipallus, cũ vẽderet & trade
ret, l. 1. §. ſi rem, ff. depoſi. nam feudatarius, qui feudum alienauit
50 † irrequiſito dño, etiam ꝙ illud recuperauerit, non euitat com-
miſſum, c. 1. in titu. quid iuris ſit, ſi vaſal. feu. recupe. Et idem in
emphyteuta dixit Ba. in l. ſequitur, §. item Labeo, in fi. ff. de vſu-
capio & ſequuntur *communiter* Doc. teſte Iaſ. in l. fi. col. antep. C.
de iure emph. & Dec. conſi. 160. in vltimo dubio.

RESPON. II.

SVppletione iuuanda eſt concedẽtis intentio. & ad eum ſenſum verba trahenda ſunt, qui repugnatiam non admittit, & loquentis poteſtatem non excedit.

SVMMARIVM.

1 *Imperator non poteſt reuocare donationem factam eccleſiæ.*
2 *Iura conceſſa creduntur inſolidum eccleſiæ Arelatenſi a Ludo. Conrado & Feder. Principibus, per hæc verba, ad ius & ꝓprietatẽ eccleſię ꝑtineant.*
3 *Obuenire dicimur, quod iure noſtro & canonico titulo poſſidemus.*
4 *Copula ęqualiter copulat, & æquè partes diſtribuit.*
5 *Donata Prælato, & ſucceſſoribus ſuis, differunt in vſu, à donatis eccleſię. Locutio indefinita ęquipollet vniuerſali.*
6 *Confirmatio confirmat rem prout eſt, & quid ſit confirmatio.*
7 *Pro indiuiſo verbum, cõionem cum alio denotat, & quæ eius vis præterea.*
8 *Facere nemo præſumitur voluiſſe id, quod non poterat.*
9 *Imperialis maieſtatis eſt, tueri iura eccleſię, non diminuere.*
10 *Confirmatio regaliorum & paſcuorum Archiepi & eccleſię Arelaten. per Feder. facta his verbis, ſecũdum antiquam & rationabilem prędeceſſorũ conceſſionem, nihil noui inducit, ſed antiquam conceſſionem approbat.*
11 *Recedendum non eſt a verbis claris, adeo vt interpretationẽ nõ admittant.*
12 *Copula, quæ copulat ſimpliciter, dicitur copulare cauſa coniungendarũ orationum ſub eodem verbo, non autem coniugere copulata.*
13 *Verba ſunt ita interpretanda, ut effugiant repugnantiam.*
14 *Subauditio permittitur ad tollendum contrarietatem & abſurditatem.*
15 *Eccleſia ponitur pro Capitulo, ſiue clero.*

Reſpon. interpretata.

LVdouicus Cõradus & Federicus, dñi Prĩceps,
dono dederunt regalia vrbis Arela-
tenſis, & totius Archiepatus, nec nõ paſcua campi lapido
ſi & alia plura Archiepo & eccleſiæ Arelatẽſi, deinde Fe
dericus p̃dictas donationes his verbis ꝯfirmauit, ſm antiq̃ & rõ-
nabilẽ p̃deceſſorũ nr̃orũ Regum & Impatorũ ꝯceſſionẽ, ꝯfirma
mus tibi Raymunde, venerabilis Archiepe, & ꝑ te tuis ſucceſſo-
ribus regalia totius diœceſis Arelaten. eccleſiæ. & ipſam ciuita-
tẽ ꝓ indiuiſo, & plenã iuriſdõnem in ciuitate in creandis Cõſu-
lib. ad retinẽdam ciuitatẽ ad ſeruitiũ imperii, & dñi impatoris, &
alia, q̃ ptinent ad iuriſdõnem tuã, ſicut ſunt Tolonea, pedatica iu
ſtitiæ, Iudæi, corda quintale, farnaria, moneta, portus ſtagna, la-
cus, paludes, flumina & paſcua de lapidoſo agro, videlicet vt de
omni fructu, & vtilitate, quæ ex his, q̃ ſ. deſcripſimus, poterunt
ꝓuenire eccleſia Arelatenſis, & tu venerabilis Archiepe, habeas
& poſſideas medietatem, & ꝑ te tui ſucceſſores, eandemque me
diam ptem tibi, tuiſq; ſucceſſoribus pñti ſcripto confirmamus.
Quærit, an vigore earum largitionũ impialium integra regalia,
& integra paſcua ſpectent ad Archiepm, an ꝓ dimidia parte dun
taxat. Pro reſolutione huius quæſiti ante omnia diſcutiendum
eſt, an regalia & paſcua prius fuerint per Lud. Cõradum & Fede
ricum donata Archiepo inſolidũ, vel ꝑ parte. Nã ſi inſolidũ do-
nata ſint, conſtat Federicũ (ẽt ſi voluiſſet) non potuiſſe adimere
partẽ, & ad ſe vel aliũ transferre, q͂a ẽt Imperator nõ põt reuoca-
1 re † donationẽ factam eccleſiæ, ſm Innoc. c. nouit, de iu. nam Im
perator vinculo iuramenti præſtiti in coronatione, tenetur iura
eccleſiæ defendere, non aũt ſubuertere, c. 1. de iureiu. in 6. c. fun-
damenta, de ele. eo. li. Nã donata eccl̃æ, cẽſentur donata Deo, a
quo auferri nõ pñt, ẽt pp ingratitudinẽ prælatorum, c. verum, de
cond. app. & ibi Car. Pa. & alii no. & plene tetigi in repe. legis fi.
C. de reuo. dona. q. 52. & firmat Fel. ubi alia adducit, in c. eccleſia
S. Mariæ, col. 39. de conſti. Facit tex. in l. perfecta, C. de dona. quę
ſub mo. & l. ſi velles, C. de reuo. dona Si primam Ludouici dona
tionem inſpicimus, eccleſiæ S. Stephani omnia donata legũtur.
Inq̃t. n. Ludo. Manaſes ſanctæ Arelatenſis eccleſiæ Archieps, ꝓ-
pinquus nr̃ chariſſimus, portũ Toloneũ, cum moneta ad ius, &
ꝓprietatem eccleſię S. Stephani teneat, & perpetuo poſſideat, &
omnes res, quas anteceſſor ſuus ab anteceſſore meo obtinuit, p̃-
facta eccleſia perpetuo obtineat. Ex quib. verbis colligitur, ꝙ in-
ſolidũ d. iura fuerunt donata eccleſiæ, c. 2. de in integ. reſti. ibi, &

ius

2 ius † & proprietatem eccleſiæ Romanæ, &c. & c. j. §. ꝯhentes, ibi,
bonorum, quæ in alia diœceſi obtinere noſcuntur, de for. cõp. li
bro 6. & no. per Arch. in c. ſi gratioſè, de reſcri. eo. li. vbi ꝯcludit,
3 ꝙ idem dicimus obtinere, † qđ iure noſtro, & canonico titulo
poſſidemus. Si vero donationem Conradi contemplemur ibi,
tibi Arelatẽ. eccleſiæ Archiepiſcope, & ꝑ te eccleſiæ tuæ nr̃a re-
galia in vrbe Arelatẽ. & totius tui Archiep̃atus concedimus, &
ibi, tibi iam dico Reueren. & Arelaten. eccleſiæ & ſucceſſoribus
tuis cõcedimus, vr̃ donata regalia & paſcua Archiep̃o ꝓ dimi-
dia, & eccl̃iæ ꝓ altera dimidia qa copulatiuè vtriq; legunt̃ dona
ta, q̃ copula æquat̃ ꝯpulat, l. reos, §. cũ i tabulis, ff. de duob. re. &
4 æquè ptes † diſtribuit, l. interdũ, ff. de hæ. inſt. l. ſi qs Titio, ff. de v-
ſufr. accreſ. Et ſi dicatur, ꝙ donata p̃lato intuitu prælaturæ, cẽſen
tur donata eccleſiæ, qa qcqd acqrit Prælatus, acqrit ſuæ eccleſię,
c. j. & ibi no. de pec. cler. & c. inquirendum, eo. ti. Iſtud non nega-
5 uerim. Sed dico ꝙ dr̃ia eſt in vſu, qa donata † Prælato & ſucceſ-
ſoribus ſuis, cẽſentur donata eccleſiæ pro vſu ipſius prælati: ſed
donata eccleſię intelliguntur donata ad omnes vſus neceſſarios
pro ſeruitijs & neceſſitatibus ipſius eccleſiæ, l. ciuitatibus, & ibi
no. ff. de leg. j. & ſic quãtum ad ius & proprietatem, regalia & pa
ſcua fuerunt donata per Conradum eccleſiæ Arelaten. inſolidũ,
non aũt ꝓ dimidia, ſed quantum ad vſum dimidia fuit donata ec
cleſiæ, dimidia vero archiepiſcopo. Nam cũ Conradus indefini-
tè ſimpl̃r donauerit eccleſiæ & Archiep̃o ſua regalia & paſcua
cãpi lapidoſi, cenſetur donaſſe omnia regalia & integra paſcua
q̃ ſua erant tpe donationis, l. ſi ita, ff. de auro & argen. leg. l. ſerui
electione, §. fi. & l. quod in rerũ, §. ſi qs poſt. & ibi no. ff. de lega. j.
& facit indefinita locutio, quæ ęqpollet vli, l. ſi plurib. ff. de leg. 2.
c. qa circa, de priui. ſi ẽt intueamur ꝯfirmationem primo loco fa
ctã per Federicum ibi tuiſq; ſucceſſoribus ꝯfirmamus, & c. quę
Romani Reges & Princeps prouinciæ eccleſiæ Arelaten. tuæ ꝯ-
ceſſerũt. Idem dicendũ eſt, quod s̃. proximè, ſ. ꝙ oia ſunt eccleſię
6 donata, qa ꝯfirmatio † ꝯfirmat rẽ ꝓut eſt, l. Aurelius, §. teſtõ, ff. de
lib. leg. nam ꝯfirmatio nihil aliud eſt, q̃ iuris prius quæſiti corro-
boratio, ſm Hoſt. in Summa de ꝯfirmatione vti. vel inuti. & cõ-
firmatio commenſuratur ad actum ꝯfirmatum, ſm Bal. in l. noia
tiones, ad fi. C. de app. Sed ſi tenorem ſecũdæ ꝯfirmationis factæ
ꝑ D. Federicũ diligẽter aduertamus, vr̃ dicendum ꝙ Archiep̃o
& eccleſiæ ſimul non fuerit donata niſi dimidia regaliorum &
paſcuorum. Inquit. n. Federicus, ꝯfirmamus tibi Raymunde, ve
nerabilis Archiep̃e, & pro te tuiſq; ſucceſſoribus regalia totius
7 diœceſis Arelaten. & ciuitatem ipſam pro † indiuiſo. Pondera
verbum, pro indiuiſo, quod communionem cum alio denotat,
l. ſine hærede, §. Lucius, ff. de admi. tuto. Senſus ergo Federici vr̃
fuiſſe ꝯcedere regalia & ciuitatem pro dimidia Nam verbum, ꝓ
indiuiſo, vr̃ etiam qualificare verbum regalia: qa qualitas in orõ
ne poſita totam qualificat orõnem, l. 4. §. eritq; dr̃ia, & ibi Bar. ff.
de vi bo. rapt. Item ſubijcit Federicus, ita videlicet, vt de omni
fructu & vtilitate, quæ ex his, quæ q̃ s̃. deſcripſimus, poterunt ꝓ-
uenire, eccleſia tua & tu venerabilis Archiepiſcope habeas, &
poſſideas medietatem eandemq; mediam partem tibi tuiſq; ſuc
ceſſoribus confirmamus. Ecce verba clariſſima, quibus apparet,
ꝙ nõ fuit donata niſi medietas emolumentorum. vnde cum in
verbis non ſit ambiguitas, nõ ẽt vr̃ admittenda voluntatis qõ, l.
ille, aut ille, §. cum in verbis, & l. non aliter, ff. de leg. 3. Illa em̃ ver
ba, eccleſia tua, & tu habeas, & poſſideas medietatem, clara vr̃r,
qa copula coniungit eccleſiam & Archiep̃m ad vnam dimidiã,
l. Titius, & l. interdum, ff. de her. inſti. l. Mæuio, & ibi no. ff. de le.
2. ſunt. n. coniuncti re & verbis, qa eos verborum & rei comple-
xus iungit, l. triplici, ff. de verb. ſig. & l. re coniũcti, ff. de leg. 3. ſed
quãquã ex verbis apparere videat̃ Federicum non voluiſſe con-
cedere niſi medietatem, attñ aliã puto fuiſſe eius mentem. Et ad
demonſtrandũ aliã fuiſſe Federici voluntatẽ, cõſidero plura. Pri
8 mo ꝯſidero, ꝙ nemo præſumitur † voluiſſe facere, qđ non pote-
rat, l. Lucius, §. Imperator, ff. de ad muni. c. a nobis, de ſent. exc. Sed
Federicus nõ poterat reuocare donationẽ ſemel factã eccleſiæ,
& pro parte, vt oñſum fuit, ergo nõ credit̃ voluiſſe. Secundo ꝯſi
dero, ꝙ idẽ Federicus, q iam confirmauerat donationẽ regaliũ
& paſcuorũ, integraliter & inſolidum in p̃fatione ſecundæ ꝯfir
mationis aſſerit ad maieſtatem imperialis eminentiæ pertinere
iura & poſſeſſiones eccleſię tueri, & ne prauorum hominum in-
quietudine turbentur, ſui priuilegij munimine roborare. Hæc
9 autem exordialis † aſſertio denotat mentem Federici non fuiſſe
diminuere iura eccleſiæ, l. fi. ff. de hęre. inſti. & l. cum hi, in princ.
cum ibi no. per Bar. ff. de tranſa. Et traditur etiam per Bar. in l. am
bitioſa, ff. de decre. ab ord. facien. & per Canoni. in c. a de cle. cõ-
iu. per Alex. conſi. 19. col. fi. & conſi. 46. colu. 2. lib. j. & alibi ſæpe.
Tertio conſidero, ꝙ idem Fede. in 2. confirmatione expreſſe cõ-
firmat Archiepiſcopo & eccleſiæ Arelatenſi regalia & paſcua,
ſm antiquam & rationabilem prædeceſſorum Regum & Impe
ratorum conceſſionem, ergo ꝯfirmat regalia & paſcua inſolidũ
& integraliter, ſicut a predeceſſoribus fuerunt donata. Illa etiã
10 verba, ſm † antiquam & rationabilem prędeceſſorum conceſ-
ſionem, oſtendunt mentem Federici fuiſſe concedere eccleſiæ
regalia & paſcua, prout & quemadmodũ ꝯceſſerãt anteceſſores,
q integraliter conceſſerant, c. Abbate, de verb. ſig. ibi, ſm p̃teriti
tpis morem, & c. examinata, de ꝯfirma. vti. vel inti. & traditur ꝑ
Rom. conſ. 336. circa propoſitam, & facit, qa diſpoſitio relata cẽ
ſetur eſſe in referente, l. aſſe toto, ff. de hær. inſti. l. ait p̃tor, §. i. ff. de
re iud. l. qui teſtamento, ff. de excu. tuto. cum ſi. Et ſi dicatur hæc
omnia eſſe conſideranda, vbi res eſt dubia, ſecus vbi verba ſunt
clara, quia tunc a verbis non eſt recedendum, d. §. cum in verbis.
Reſpondeo, ꝙ vis verborũ non tñ debet operari, vt melior ſen-
ſus exiſt. l. fi. C. de hæred. inſt. & l. cum virum, C. de fideic. vel aſr
11 rñdetur, ꝙ a verbis † nõ eſt recedendũ, qñ ſunt adeo clara, vt in-
terpretationẽ non admittant. Alioquin ſi interpretationẽ p̃nt
recipere, tunc ea eſt admittenda, quæ mẽti diſponẽtis cõuenit,
qa verba debent mẽti deſeruire, c. ſcđo requis, de appel. & ſub iu-
go mentis eſſe, & ab ea rĕgi, ſm Bal. in c. mandatũ, de reſcrip. Qđ
aũt verba Federici poſſint interpretari, ut voluerit ꝯfirmare & do
nare regalia & paſcua inſolidum, patet manifeſtè: qa (vt s̃. dixi)
Feder. ſimpliciter cõfirmauit donationes regaliorum & paſcuo-
rum per prædeceſſores ſuos factas his verbis, ꝯfirmamus tibi re-
galia & ciuitatem pro indiuiſo, item paſcua, &c. Ad verbũ, ꝓ in-
diuiſo, rñdetur, ꝙ ad ciuitatem dumtaxat referendũ eſt, non etiã
ad regalia. Nec ob. ꝙ qualitas debeat qualificare totã orationẽ,
12 d. l. 4. §. eritq; dr̃ia, quia aduertendum eſt ꝙ copula, † q̃, plura co-
pulat ſimpl̃r, nõ aũt reſpectu alicuius accedentis, dr̃ copulare cã
coniungendarum orõnum ſub no. verbo: non autem dr̃ coniũ
gere copulata, l. j. ff. de his, qui no. infa. vbi pretor ait infamem eſ-
ſe dãnatũ furti, vi bonorum raptorum, de dolo, tutelæ, & de do-
poſiti, & pro ſocio. & tñ ad hoc vt icurratur infamia, ſatis eſt fur-
ti damnatũ fuiſſe, quia copula, ſiue punctus loco copulæ, repetit
principale verbum ad ſingula copulata, ita ꝙ tot dñr orationes,
quot ſunt copulata, ſm Bar. in l. j. ff. de iuſt. & iu. & ibi ẽt allegat
tex. in l. j. ff. de ſica. vnde Fed. per hæc verba, tibi regalia & ciuita-
tem pro indiuiſo & tolonea, pedagia, flumina, montes, & paſ-
cua, & c. voluit copulare plura ad effectum coniungendi ſenſum
plurium orationum, ut breuius loqueretur, & ſic verbum, con-
firmamus, ſubaudiendum eſt ad ſingula copulata. Vñ ſm rectã
loquendi normam cẽſentur tot orõnes, quot ſunt copulata, vt
ſit ſenſus: confirmamus tibi regalia. Item confirmamus ciuitatẽ
ꝓ indiuiſo. Quo ſtante apparet, ꝙ qualitas pro indiuiſo qualifi-
care debet duntaxat ſuam orõnem, & ſic ad ciuitatem duntaxat
referri debet, quia ſubaudicto verbũ, ꝯfirmamus, ꝓut eſt ſubau
diendum, illa verba conſtituunt vnam orationem de per ſe, d. l.
j. ff. de infam. Secundo rñdetur, ꝙ qualitas debet omnia præcedẽ
tia qualificare, & ad omnia referri prȩterquam ad ea, quę ſi fieret
relatio, induceretur ꝯrietas, l. ſi idem cum eodem, ff. de iuri. om.
iudi. & traditur per Bart. in l. talis ſcriptura, §. fi. ff. de leg. j. ſunt n.
13 verba † ita interpretanda, vt effugiat repugnantiam, §. quibus, in
j. conſti. Cod. no. Bar. in l. fina. §. idem quæſijt, ff. de conđ. indebi.
maximè in cõceſſionibus Principum, c. inter dilectos, §. cæterũ,
de fide inſtr. quem ad hoc ponderat Pan. in c. cũ tu, de teſti. & ꝯ-
ſuluit Pau. de Caſt. conſi. 311. circa id, quod primo quæritur, in j.
patre. & Dec. conſi. 192. col. 2. ad fi. nam ſi verbum, pro indiuiſo,
referatur ad regalia, Feder. eſſet ſibi ꝯrius, quia in præfatione aſ-
ſerit ſe uelle iura eccleſiæ tueri, & conſeruari. Item dicit, velle
conceſſionem prædeceſſorum ſuorum confirmare. Modo ſi ver
bum, pro indiuiſo, referat̃ ẽt ad regalia, illico ſibiipſi ꝯtradiceret
qa diminueret & auferret dimidiã, qđ nõ eſt dicendum ꝑ prædi-
cta. Tertio rñdet, ꝙ qualitas orõnis nõ dẽt referri ad ea, ad q̃ ſi re
feratur, iuris vel intentionis norma offenditur, c. eccleſia Vltera
na, de elect. & ibi notat Pan. & conſuluit Car. Florent. conſi. 69.
quo ad primum, & tradit per Fel. in c. cãm, q̃ col. v. ver. de reſcrip.
& ꝑ Mod. in d. l. talis ſcriptura. Hac autem facta relatione verbi,
ꝓ indiuiſo, ad regalia, offenditur rectitudo iuris, qa ꝯ ius reuocatur
donatio medietatis regaliorũ ab eccleſia, d. c. fundamenta, de ele
ct. Item offenditur intentio Federici intendẽtis ꝯfirmare iura ec
cleſiæ & non infirmare, ergo &c. Non denique obſtant illa ver
ba, ita ꝙ de fructu & vtilitate eccleſia tua, & tu habeas medieta-
tem, &c. qa rñdetur dupliciter. Primò, ꝙ ad euitandam ꝯrietatẽ &
abſurditatẽ poſt verbũ, eccleſia tua, ſubaudiendum eſt verbum,
medietatem, vt ſit ſenſus, ita ꝙ eccleſia tua medietatem, & tu ha
beas medietatẽ. nã ad tollendã ꝯrietatẽ & abſurditatẽ permittit̃
14 ſubauditio, † c. ſuper quæſtionum, in princi. & ibi Pan. in tertio
no. de offi. del. & no. gl. in c. j. in ver. defenſorem, & ibi Car. Alex.
xv. diſt. & ſimilem ſubauditionem faciunt Doct. in d. l. Mæuio,
ff. de leg. 2. & ſm hanc ſubauditionem, cõfirmatio Federici ſimi-
lis erit confirmationi & donationi factæ per Cõradum, vt s̃. de-
duxi. Et ſi voluit Federicus diuidere vſum reddituum, ut archiep̃s
vteretũ frueretúrq; dimidia, & altera dimidia frueretur eccleſia ſi-
ue capitulum ꝓ neceſſitatibus eccleſiæ incumbentibus. Nã ec-
15 cleſia † ponitur ꝓ capitulo ſiue clero, vt no. per glo. in c. querelã,
ne præla. vic. ſuas, & per Pan. in c. relatum, 2. de teſt. Secundo rñ-
detur, poſito ꝙ Federicus non confirmauerit donationes alio-
rũ ſuorũ prædeceſſorũ, niſi ꝓ dimidia fructuum, qa tñ nõ diſpo-
ſuit de alia dimidia, donationes aliorum reſpectu proprietatis
non infirmauit, dico quòd debetur eccleſiæ, cuius eſt proprie-
tas et dominium omnium regaliorum et paſcuorum, vt ſupra

oſtenſum fuit. Nam fructus ſequuntur dominum, & ad ipſum iure ſpectant, l. fructus, l. in fundo, l. & ex diuerſo, ff. de rei vend. l. fructus, ff. de viu. l. j. C. de pact. pigno. cum ſi. &c.

RESP. III.

VBI conceſſionis ratio, vel noua Principis cõſtitutio a ſuis beneficiis fœminas excludit, ad ſororẽ nõ tranſmittitur pedagium ea lege fratri donatum, ne extra agnationem etiam ex teſtamento transferatur, & ſi agnationis verbo ſoror proprie contineatur.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à contrario ſenſu, fortiſſimum eſt, & valet in gratijs & priuilegijs.*
2 *Sorores coniunctæ per virilem ſexum, an ſint de agnatione.*
3 *Fœmina nupta retinet omnia priuilegia, & omnes prærogatiuas familiæ paternæ, per quas non diſtrahitur a ſeruitio mariti.*
4 *Priuilegium conceſſum alicui, & eius deſcẽdentib. trãſit ẽt in filias nuptas.*
5 *Inferior a Principe, gratiam & donationem factam etiam ſubditis ſuis, reuocare non poteſt.*
6 *Ratio inductiua priuilegii reſtringit & declarat ipſum priuilegium, quæ ratio ex præfationibus colligi poteſt, vide nu. 7.*
8 *Prædeceſſores, verbum, tam ad mediatos, quam immediatos accõmodatur.*
9 *Princeps poteſt antiqua priuilegia declarare, & reſtringere,*
10 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe & liberis deſcendentibus per lineam maſculinam ſeu agnatorum, an tranſeat ad filias, vel neptes ex filio.*
11 *Priuilegiũ conceſſũ deſcendentib. maſculis, & fœminis, nõ trãſit in nuptas.*
12 *Datia & pedagia, licet ſint incorporalia, tamẽ inter immobilia cõputantur.*
13 *Dux Mediolani in ſuo dominio habet iura imperij, & omnia poteſt, quæ ſunt conceſſa Imperatori.*

Qui veritas eſt, mihi viam veritatis aperiat.

Reſpon. interpreta.

VISIS inſtrumentis donationis dariorum & pedagii factæ nobilibus Confaronerijs de Candia per fœliciſſimæ memoriæ Frãciſcum Sfortiã, olim Ducem Mediolani, ac decretis, de quib. in themate. Prima [illegible]tione vi[illegible]um fuit, ꝙ Franciſca & Camilla hr̃des ex teſtõ Thomę Confaronerij earum fratris, debeant ſuccedere ĩ portione dariorũ & pedagii, quæ ſpectabãt dicto Thomæ, excluſis Io. Augu. & conſortibus ipſarum fratribus patruelib. Ad quod demonſtrandum ad radicem protinus accedendo, omiſſis lenibus aſſumo verba conceſſionis. Dr̃ in gratia ſeu donatione, ꝙ d. vtilitas non poſſit modo aliquo ẽt per viam vltimæ voluntatis transferri extra eorum agnationem. Pondera illa verba, extra eorum agnationem, inter agnatos ergo nõ eſt facta prohibitio, q̃a cum vnum prohibet, cætera conceſſa intelliguntur, l. cũ prætor, ff. de iud. l. ex eo, ff. de teſti. & eſt no. & trita regula, ꝙ vnius incluſio, alterius eſt excluſio, l. maritus, C. de proc. c. nonne, de pſump. & hoc ẽt colligitur a ꝯrio ſenſu, quod eſt fortiſſimum ar. l. j. §. huius rei, ff. de of. eius, c. qualis, 25. di. c. cũ apoſtolica, de his,
1 q̃ fiunt a præla. quod argm̃ ẽt valet in priuilegijs † & gratijs, ſm̃ glo. in c. licet de præſte. lib. 6. quam ad hoc auream & ſingu. appellat Cur. ſenior conſi. 16. col. 7. in prin. & iſtud probatur in l. filiuſfa. §. cum pater. ff. de leg. i. & l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. i. Si ergo oſtendero, ꝙ Frãciſca & Camilla ſunt de agnatione, reſultabit clara concluſio, ꝙ Thomas potuit per viam ſuæ vltimæ voluntatis eiſdem relinquere prædicta datia & pedagia. ꝙ autem ſint de agnatione, ſatis eſt manifeſtum, quia ſunt ſorores
2 dictĩ Thomæ, † & ſic coniunctæ per virilem ſexum, ergo agnatæ § j. Inſti. de leg. agna. ſucceſ. & C. de legi. hære. l. lege 12. tab. & l. & clarius tex. in §. nos vero. ibi, ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſolis ſororibus ad agnatorum ſucceſſionem patebat aditus. Inſt. de agna. ſucceſ. & in tantum pcedere videtur, ꝙ ẽt ſorores nuptæ extra familiam dñr agnatæ & ſic priuilegiũ extendit ẽt ad nuptas, vt eſt tex. in l. voluntas, C. de fideic. vbi dr̃, ꝙ alienare extra familiam prohibitus, nõ cẽſet̃ phibitus donare ſorori nuptæ, q̃a ipſa non deſinit eſſe de familia patris, dato q' ſit nupta extra familiam, pͮt in terminis conſuluit Car. Flor conſi.
3 91. A. viuratus manifeſtus. & facit, q̃a fœmina nupta † retinet oĩa priuilegia & oẽs prærogatiuas familiæ pr̃næ, p quas nõ diſtrahit a ſeruitio mariti, ſm̃ Bar. in l. fi. §. itẽ reſcripſerunt, ff. ad munici. & Alc. ꝯſi. 20. in fi. li. 2. cũ alijs authoritatibus plene reductis p Cur. ſenior. ꝯſ. 27. Magnificus vir, col. 12. & p iſta dixit Alex. in l. cũ quædã puella, ĩ prin. ff. de iur. om. iu. ꝙ priuilegiũ ꝯceſſum ali-
4 cui & eius deſcendentib. † tranſit ẽt ĩ filias nuptas. Seq̃r Fel. in c. nouit, de iu. allegãs ita ꝯſuluiſſe Mariã Soc. in ꝯſi. exordiẽte, Reuerendus dñs B. Rouerella, & idem tenuit ꝯſi. 177. col. fi. lib. 4. & bene facit tex. in l. j. in fin. ff. de iure immun. vbi probatur a ꝯrio ſenſu, ꝙ priuilegium conceſſum alicui & poſteris, & ſuo generi, tranſit in filias nuptas, licet non tranſeat in filios filiarum, & ſi dicatur pro parte maſculorum, ꝙ licet iſtæ fœminæ admitti videant ex vi & tenore donationis, tñ excludũtur per decreta Ducalia, quæ expreſſe bona donata per illuſtres Duces Mediolani volunt transferri in fratres. Reſpondeo aduertendum eſſe, ꝙ d. decreta fuerunt edita poſt donationem, vñ nõ potuit Dux per ſua decreta pfectam donationem cõceſſam ẽt fœminis reuocare, vel
5 immutare, l. perfecta, C. de donat. quæ ſub modo, & l. velles, C. de reuoc. don. Nam inferior a Principe † gratiã & donationem factam ẽt ſubditis ſuis, reuocare non põt, ſm̃ Ant. & Imo. in c. q in eccleſiarum, de ꝯſti. ẽt per viam decreti ſeu legis, ſm̃ Pan. in c. at ſi clerici, § de adulte. col. 4. verſi. 2. membro, de iud. Bald. in l. 2. col. 6. verſi. Item nota, ꝙ ſi Papa, C. de ſerui. & aqua. & Fel. in di. c. nouit, col. ix. Secundo reſpondeo, ꝙ dicta decreta prohibent bona immobilia tantum transferri in fratres, ſed datia & pedagia ſunt iura incorporalia, & tertia ſpecies bonorum inter mobilia, & immobilia, l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iu. traditur etiam per Barto. in l. mouentium, ff. de verb. ſig. Præmiſſis non attentis ꝯrium reſpondendum puto, q̃a ſtantibus decretis, & maxime decreto vltimo edicto per illum Ducem Io. Galeaz, verba illa, extra eorum agnationem, ſolos maſculos includunt,
6 quod ſic oſtenditur. Rõ inductiua priuilegij † reſtringit & declarat ipſum priuilegium, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. l. fi. C. de reſti mili. firmat Roma. conſi. 180. ſi admittimus, col. 2. ver. præmiſſis non obſtantibus. Ratio autem inductiua huius gra-
7 tiæ & conceſſionis colligitur ex præfationibus † ipſorum decretorum, in l. fi. ff. de hæred. inſti. & tradit Lud. Ro. in d. conſi. 180. & conſi. 90. viſo themate. & Alc. conſi. 46 col. 2. lib. j. ex præfationibus maxime vltimi decreti colligitur hæc ratio ꝯceſſionis, vt nobiles de Confaronerijs excitentur ad fidelitatem ſeruandam & operas exhibendas ꝯcedẽti, quæ rõ ceſſare vr̃ in fœminis, quæ p Principe arma ſumere, nec honeſta ſeruitia pſtare pñt, ergo &c. Secũdo, verba vltimi decreti clariſſima ſunt, & expreſſe cauent, ꝙ donationes factæ per illuſtriſſimos Duces non tranſmittant ad fœminas, vnde non eſt admittẽda voluntatis qõ, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Legitur. n. in ipſo decreto, ꝙ quorumcunq; bonorum immobiliũ ꝯceſſiones gratuitæ, quas tam prædeceſſores noſtri, q̃ nos fecimus, & poſthac fieri cõtinget, neque legis miniſterio, neq; facto hominis in fœminas transferri valeant. Huiõi ergo conceſſio facta p illuſtrẽ Ducẽ Franciſcũ auũ, & ſm̃ immediate pdeceſſorẽ eſt expſſe cõprehenſa in hoc
8 decreto, q̃a verbũ, pdeceſſores, † tã ad mediatos, q̃ immediatos accommoditur, c. pter hoc, 12. diſt. & ibi no. Doct. ſequitur Fel. in c. quia V. in fi. de iud. Nec eſt mirandum, ſi dictum decretum declarat & reſtringit antiquas gratias & priuilegia, l. non eſt nouum, ff. de legib. Et ꝙ Princeps poſſit ſua antiqua priuilegia de-
9 clarare, † & reſtringere, decidit in ſpecie Ange. in §. ius autem ciuile, col. x. Inſtit. de iur. natu. gen. & ciu. ſequitur Fel. in d. c. nouit, per tex. qui bene probat, in c. j. de iura. calum. & bene etiã pbatur per tex. in c. ſuggeſtum, de decimis. Potuit ergo Princeps reſtringere & declarare illa verba, extra eorũ agnationem, vt nõ includãt fœminas, licet alias eſſent apta includere. Et facit quod decidit Pau. de Ca. in l. maritus, C. de procu. vbi vult, ꝙ emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis deſcendentibus per lineam maſculinam ſeu agnatorũ, non tranſeat ad filias, † nec neptes ex filio, q̃a vbi intentio ꝯcedentis eſt, ꝙ res ꝯceſſa nõ deueniat in cognatos, nõ admittuntur fœminæ, licet ſunt agnatæ, ne per ipſas res deueniat in cognatos. allegat Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. ſequitur Ale. in l. Gallus, §. nunc de lege Vell. ff. de li. & poſth. & Cur. ſen. conſ. 40. cum in præſentiarum, col. v. Et ſi non cõprehẽduntur fœminæ nuptæ, a fortiori erunt excluſæ iam nuptæ, per no. per Bar. in l. quoties, C. de priuileg. ſchol. lib. xii. vbi per illum
11 tex. concludit, ꝙ † priuil. ꝯceſſum deſcendentib. maſculis & fœminis, non tranſit in nuptas, & ſequuntur ibi Io. de Plat. & Ange. & Lud. Rom. in l. j. ff. ad Silla. Ludo. Rom. & Iaſ. in d. l. cum quædam puella, ꝯ Ale. ibi, & idem tenet Brix. in repertorio, in ver. poſteriori dicens ita fuiſſe iudicatum, & Iaſ. in l. fin. de conſt. iur. Princ. vbi dicit hoc dictum Bar. eſſe ſingulare & *cõiter* approbatum, licet Alex. contrarium voluerit, in d. l. cum quædam puella. Ex his patet, nõ obſtare ꝙ dictæ ſorores ſint agnatæ. Non etiã obſt. ꝙ datia & pedagia ſint iura incorporalia, q̃a rñdeo, ꝙ licet
12 ſint incorporalia, tamen inter immobilia † computantur, cum loco cohæreant, & prohibita alienatione immobilium ẽt prohibita cẽſet̃ alienatio pedagiorũ & dariorum, c. j. & ibi Bal. de cogn. feu. & firmat Alex. loquens in terminis dicti decreti, conſi. 103. viſis ſcriptis, lib. 5. ver. reſpondeo, & Gemi. conſi. 40. Titius condidit teſtm̃, vbi ex hoc infert, ꝙ mẽdicantes prohibiti poſſidere immobilia, ẽt prohibiti ſunt poſſidere datia & pedagia, per tex. in cle. exiui, §. cum annui, de verb. ſig. & eſt tex. in §. hæc nos, in Auc. de non alie. & in l. iubemus, la 2. C. de ſacroſ. eccl. & plura cumulat Iaſ. in l. ſciendum, col. 4. qui ſatiſd. cog. Et generaliter iura incorporalia, de q̃bus non reperitur ſeparata deciſio, inter immobilia numerantur, ſm̃ Ale. & Mod. in l. a Diuo Pio, §. in vẽditione, ff. de re iud. & Alc. conſi. 31. colu. 2. lib. j. & maximè hoc dicendum in caſu noſtro, ubi ratio decreti ad talia ſe pariter extendit, d. §. dulciſſimis. Minus etiam obſtat, dum dicitur, quòd

inferior

inferior non poteſt ſuum priuilegium reuocare, tum, qa aliud
eſt reuocare, aliud declarare ſeu reſtringere. Tum quia dux Me-
13 diolani † in ſuo dominio habet iura imperij. & omnia pōt, quæ
ſunt conceſſa Imperatori, ſm Pau. de Caſt. conſi. 226. ſuper pri-
mo, in 2. parte. Alex. conſi. 2. col. 3. lib. 1. Cur. ſenior conſi. 16. col.
2. conſi. 49. col. 2. & conſi. 50. col. 2. & conſi. 66. col. 1. & ſeq. dicēs
Ducem Mediolani habere iura imperij tam de conſuetudine, q̄
ex priuilegio, & idem tenet Iaſ. in l. ex hoc iure, col. 3. de iuſti. &
iu. Poſſum aliter reſpondere, ſed nō curo quia iſta reſponſio po-
nit ſecurim ad radicem.

RESPON. IIII.

SI ſupremus. Dominus conſentit, ꝙ nouū vectigal exigatur, fruſtra conquenitur feudatarius, cui regalia conceſſa ſunt, ꝙ ab ipſo non fuerit obtenta licentia, cum apud Principē, qui regalia dedit, maior poteſtas permanſerit. Quanquam ſine iuſſu Principis noua datia inſtitui nequeant, vniuerſitati tamen libere permittitur incolis extraordinarium munus indicere, & habitatores duntaxat ad certum farinagij datium grauare, nam ciuibus ſuis abſque ſuperioris licentia quamlibet poſſunt legem dicere.

SVMMARIVM.

1 *Datiorum impoſitio eſt de regalibus, quæ ſoli Principi conceduntur.*
2 *Vniuerſitas quibus caſibus poſſit imponere collectam, vel indicere nouum munus extraordinarium, & quando ſuperior ſubditis: nu. 3.*
4 *Præſcriptio pedagiorum & vectigalium quanti temporis lapſum requirat, & nu. 5. & 7.*
6 *Nobilitatis prærogatiua, an immunitatem onerum adferat. nu. 8. & nu. 9.*
10 *Priuilegia in ſuis finibus ſunt tenenda.*
11 *Præſcriptio & conſuetudo in quo differant.*
12 *Præſcriptio reſtringenda eſt, non extendenda, & ad eam iuſtificandam quæ requirantur, 13. & quā actione agendum. 14.*

Reſpon. interpretatio.

PLura confuſe proponuntur, ſed duo reſultant principalia dubia. Primo, an cōtas Montiſſimarij ſtantibus priuilegiis olim ſibi conceſſis, ſucceſſiue firmatis per Chriſtianiſſimos Reges & Delphinos, ꝙ poſſit vintena facere, taleas & impoſitiones pro negociis publicam vtilitatem tangentibus indicere, potuerit
imponere datium ſiue collectam farinagij piſtoribus, ad rationē
ſexdecim denariorum pro ſextario, & aliis incolis ad rationem
octo denariorum. Secundo, an nobiles non reſeruati, qui de no-
uo venerunt ad habitandum in d. loco, vel in futurum venient,
teneantur ad ſolutionem dicti farinagij, non obſtante quaſi poſ-
ſeſſione libertatis non ſoluendi, in qua nobiles ibidem habitan
tes vſq; ad hæc tpa perſeuerarunt. Iſtis duobus reſolutis parebit
reſolutio aliorum dubiorum. qa oīa emergerunt ex pdictis. Cir-
ca primum duo videnda ſunt. Primum, an d. vniuerſitas potue-
rit imponere dictum datium abſq; licentia ſuperioris. Secūdū,
an licentia, de qua in themate, fuerit ſufficiens. Primum vr̄, ꝙ v-
niuerſitas non potuerit imponere tale datium, quia talis impo-
1 ſitio † eſt de regalibus, quę ſoli Principi pceduntur, c. j. quæ ſint
rega. & vt̄ caſus in l. 2. C. nn. vectig. Inſt. non poſſe, vbi expreſſe
dr̄, nec vectigalia noua decreto ciuitatum inſtitui poſſunt. Imò
nec dn̄s inferior poteſt in caſtris ſuis ſine licētia dn̄i ſupremi im-
ponere aliquam collectam, l. j. C. de ſuperindi. vbi. Bart. & Bald.
in l. cum mulcta, C. de bo. quæ lib. Sal. in d. l. 2. Alc. conſi. clv. qm̄
abunde, lib. 2. Hinc conſuluit Pan. conſi. 6. in q. quæ vertitur, lib.
2. ꝙ vniuerſitas caſtri montis Annaſati nō potuit imponere, nec
exigere gabellam carnium ſine licentia domini habentis rega-
lia. Et ſi dicatur, ꝙ in c. i. quæ ſint rega. non connumeratur datiū
farinagij inter regalia. Reſpondet, quod ibi enumerant datia &
gabellæ ex conſuetudine, ergo ēt datiū farinagij, vt de datio pi-
ſtrini pſuluit Soc. pſi. 7. lib. 3. Præmiſſis his & ſimilibus, quæ de fe
ctum poteſtatis arguunt non obſtantib. ſm ea, quæ proponunt,
arbitror pīrium de iure reſpōdendum, qa prædicta oīa procedūt,
q ſi vniuerſitas recognoſcens ſuperiorem vult nouum datiū ge-
neraliter imponere exigendum ēt a forenſib. quibuſcunq;, tunc
non poteſt ſine licentia ſuperioris habentis regalia, ſed inter ip
ſos de vniuerſitate pro neceſſitatibus ipſius vniuerſitatis conce
2 ditur ei imponere collectam † vel indicere nouum munus extra
ordinarium ſm Bart. in d. l. j. §. fi. per illum tex ff. quod cuiuſque
vniuer. nomine. & in l. 4. §. actor, vbi etiam Ang. Imo. Alexan. &
Mod. ff. de re iud. glo. & ibi Fel. in col. pen. poſt alios in c. cum di-
lecta, de reſcrip. Alexan. conſi. 124 ſuper primo, lib. 4. Gemi. con
ſil. 116. quia prædicti, col. j. & Card. conſi. 12. in dubijs præmiſſis.
bene facit, quia quilibet populus poteſt ſtatuta facere abſque li
centia ſuperioris in his, quæ pertinent ad adminiſtrationem bo-
norum ſuorum, l. j. ff. de decre. ab ordi. facien. Barto. in l. omnes
populi, in j. q. & alii ſequuntur, ff. de iuſti. & iure. Et poſito, ꝙ ei-
ſet neceſſaria authoritas ſuperioris, dico quod ex tenore priuile
giorum, de quibus in themate, ſatis conſtat de licentia ſuperio-
ris; & ſi dicatur impetratam fuiſſe licentiam a domino loci in-
feriore habente regalia. Reſpondeo, ꝙ licet feudatarius habeat
regalia, non tamen ea proprio iure ſic poſſidet, ꝙ dominus ſu-
3 perior non poſſit licentiam imponendi noua datia † ſubditis p-
cedere, c. dudum, de præb. lib. 6. vbi ſic inquit Papa, & ſi Cardi-
nalibus noſtris, vel alteri poteſtatem dederimus conferendi be-
neficio, apud nos tamen eadem, immo maior poteſtas remanſit.
Ex his reſoluta apparet prima dubitatio, ex qua reſultat reſolu-
tio quamplurium quæſitorum, de quibus in themate, & maxi-
me illius, quo quæritur an communitas inciderit in aliquam pę-
nam propter impoſitionem huius datij, nam ſtantibus præmiſ-
ſis apparet, ꝙ non. Item ēt illius, an communitas teneatur exhi-
bere inſtrumentum licentiæ; patet reſponſio ꝙ non, cum potue
rit ſine vlla licentia tale datium imponere. Et poſito, ꝙ require-
retur licentia, ſat erit exhibere priuilegium antiquum conceſ-
ſum de anno 1385. cum interinatione facta in ſenatu Toloſano.
Ad illud autem quæſitum, an communitas ſpacio annorum 40.
præſcripſerit ius exigendi dictum datium farinagij. Reſpondeo,
ꝙ hæc dubitatio ſtantib. præmiſſis, eſt fruſtratoria ac ſuperflua.
attamen ſatisfaciam dominis ſyndicis dicti loci, qui curioſe ſata
gunt cuncta intelligere, dico ꝙ iſta dubitatio poteſt tripliciter
intelligi. Primo, an præſcripſerit in præiudicium Delphini ſupre
mi domini. Secundo, an contra dominum inferiorem. Tertio, an
contra incolas. Circa primum reſpondeo, quod ad præſcriben-
4 dum † ius exigendi pedagia, guidagia, vectigalia & ſimilia, quæ
ſunt de reſeruatis in ſignum ſupremæ poteſtatis requiritur lap-
ſus tanti temporis, cuius initij non reperiatur memoria, c. ſuper
quibuſdam, §. præterea, de verb. ſig. Et ita Panor. & alii, in c. cum
nobis olim, de præſcrip. & Bal. in l. j. C. ne rei don. vel templ. & a-
libi ſæpe. Circa ſecundum, an contra feu datarium. Reſpondeo
(cum huiuſmodi datium habeat cauſam continuam, ſecundum
Bar. in l. ſi iuſto. §. nō mutat, ff. de vſucap.) vniuerſitatem ſpacio de-
cem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes potuiſ-
5 ſe præſcribere † ius exigendi tale datium, l. ſi quis diuturno, ff. ſi
ſerui. vendi. & tenet Iaſ. in l. imperium, col. x. ff. de iurid. omn. iu
di. & Bal. in tractat. præſcri. in v. parte, colum. 44. verſicu. circa pri-
mam. Circa tertium non expedit dubitare, poſtquam datium
fuit impoſitum de conſenſu hab tantium, nam quod ordo decu
rionum ſtatuit, omnes ſtatuiſſe dicuntur, ſecundum glo. in rubr.
C. quæ ſit long. conſuetu. & in l. aliud, §. refertur, ff. de regu. iur.
& decreta ordinis omnes ligant, niſi ſint ambitioſa, l. fina. & l.
ambitioſa, ff. de decr. ab ord. faci. Et quod maior pars facit ab om
nibus ſeruandum eſt, l. quod maior, ff. ad mun. cap. cum omnes,
de conſti. Venio ad ſecundum, pro cuius faciliori reſolutione p-
mitto, ꝙ transferens domicilium ad patriam vxoris, vel ad aliū
locum ratione incolatus, obligatur omnibus muneribus illius
loci, l. ſi in patria vxoris, C. de incol. libro x. l. domicilium, ff. ad
mun. qui ergo tranſtulit ſe, & domicilium ad locum Montiſſi-
marij, tenetur ſubire onus dicti farinagij, niſi habeat priuilegiū
immunitatis a Principe, vel a lege. Videndum ergo reſtat, an di-
ctus nobilis iuridice prætendat ſe immunem ex prærogatiua no
6 bilitatis. † & videtur quod ſic, per text. in l. tertia, §. primo, ff. de
mune. & hon. ibi, his, qui in caſtris operam dant nullum muni-
cipale munus imponi poteſt. & per illum textum dicit Guido
Papæ deciſio. 124. ex ſtatuine, ſed quid de nobilibus, quod in con-
fectione trium ſtatuum patriæ Delphinalis pro ſubſidijs indi-
cendis, excipiuntur nobiles nobiliter viuentes. Bene facit text.
in l. non tantum, §. primo, ibi, propter inclitam nobilitatem ple
niſſima immunitas tributa eſt, ff. de excu. tuto. Secundo facit,
quia præſupponitur, quod alij nobiles, qui hactenus ibidem ha
bitarunt, ſunt in quaſi poſſeſſione libertatis in annis 40. & vl-
7 tra, quo tempore præſcribitur † immunitas a futuris oneribus,
vt conſuluit Barto. conſilio 59. commune Spoleti Alexan. con-
ſilio 30. ponderatis, libro v. in v. dubio. & facit text. in capitu. de
quarta, de præſcrip. per quem idem conſuluit Pet. Phi. Cor con-
ſilio 22. In præſenti conſultatione, colum. 5. libro 3. Et ſic vide-
tur inducta conſuetudo, quod nobiles non teneantur ad ſolutio
8 nem dicti farinagij, quæ conſuetudo † poteſt dare priuilegium
immunitatis non habenti, l. fina. C. de vectigalibus & commiſ.
l. publicanus, §. fina. & l. licitatio, §. earum rerum, ff. de public.
cum ſimilibus. Sed præmiſſis non obſtantibus, arbitror nobi-
les, qui nondum præſcripſerunt immunitatem, teneri ad onus
dicti farinagij, per textum, in l. ciues, & d. l. ſi in patria, C. de in-
colis, lib. x. cum ſuis concordantijs. Nec prærogatiua nobilita-
9 tis aliquem excuſat, † l. munerum, §. patrimoniorum, & ibi not.
Barto. contra nobiles, ff. de mune. & hono. & firmat Ianus Albe.
de Roſa. in rub. eo. titu. col. 22. verſicu. quæro nunquid nobiles.
ubi dicit, ꝙ non ſolum non excuſantur ab oneribus patrimo-
nialibus, ut eſt onus farinagij, ſed etiam non excuſantur a perſo
nalibus, per tex. in §. interim. ibi, ſed inuicē vniuerſi nobiliores,
in Aut. de defen. ciuita. & idem tenet domi. Bonus de Curtili in
ſuo tracta. nobilitatis, in v. parte, ſ. titu. Nec obſtant contraria ſu-
pra adducta. & primo text. in d. l. 3. §. j. quia loquitur in militib. a-

ctu militantibus, & sic nobilibus nobilitate armorum & virtu-
te propria, nos loquimur in nobilib. nobilitate generis, ad quos
10 non est facienda extensio, qa priuilegia † in suis finib. sunt tenē
da, l. j. ff. de constit. Principum. Immo ille tex. clarè probat, φ no-
biles nobilitate generis non excusantur, dum dicit, cæteri autem
priuati, licet militum cognati sint, legib. patriæ parere debēt, &
ibi illum tex. ꝯ nobiles no. Albe. de Rosa. Item ille tex. loquitur,
q̄tum ad munera personalia, fm glo. ibi *cōiter* approbatam. nos
vero loqmur de patrimonialibus, ad q̄ tenentur ēt milites, d. §.
patrimoniorum. Nō ēt ob. tex in d. l. nō tñ, § 1 qa illud priuilegiū
nō fuit ꝯcessum pp nobilitatē psonarum, sed pp nobi. ciuitatum
immo ille tex. probat oppositū, dum dicit, φ solis Illiensibus, &
sic particularibus qbusdam ꝯcessa fuit immunitas pp inclitā no
bilitatem ciuitatis, ergo alijs nobilibus denegatur. Itē non solū
ibi ꝯceditur priuilegiū immunitatis pp nobilitatē ciuitatis, sed
ēt pp originē habitam ab vrbe Romana. vbi ergo non ꝯcurrit ꝯ-
cursus horum duorū, non habebit locū illud priuilegium, l. si he
redi plures, ff. de ꝯdi insti. cum sim. Ad vltimum respondetur cla
rissime, φ q̄q̄ alij nobiles iam longissimo tempore sint in quasi
possessione libertatis non soluendi, nō tñ pōt dici inducta ꝯsue-
tudo quo ad nobiles, quia pauco tpe venerunt, vel in futurū ve-
nient ad habitandum dictū locū. Ad qđ ostendendum, præmit-
11 to differentiam esse inter præscriptionem † & cōsuetudinem, nā
per præscriptionē acqritur particularib. personis tñ, per consue
tudinem acquiritur vniuersis, & cuilibet de populo, fm Pan. in
c. cum dilectus, col. fi. & c. fi. col. antepen. de consuet. Hostien. &
Pan. in c. cum ecclesia Sutrina, de causa posses. & propri. vbi Pa
no. dicit, φ ibi non agitur de ꝯsuetudine, qa non acquirebat ius
cuilibet de populo, licet omnibus de clero. Sequitur Gem. cons.
121. pro clariori decisione Abb. consi. 18. in causa, & q. libe. 2. Al.
cōsi. 6. viso, col. fin lib. 1. Cum ergo in casu nostro agatur de acq-
rendo iure immunitatis nobilib. tñ, dicere debemus, φ tractet
de præscriptione, non ꝯsuetudine. Vnde est sine veri præiudicio,
φ aliqui nobiles pp longissimam quasi possessionem præscri-
psissent immunitatem non tñ inferri pōt, ergo oēs nobiles, ēt q
nuper venerunt ad dictum locū debēt esse immunes, rū quia ex
separatis non infertur, l. Papinianus exuli, ff. de mino. l. fi. ff. de cal.
rum quia ex multis particularibus nihil sequitur c. in genesi, de
electio. Et quia quo ad nobiles, qui non præscripserunt, pōt vni-
uersitas dicere, quo ad vos integrum est ius nrm, & liberæ nræ
ædes, l. binas ædes, ff. de serui. vrb. præd. Est. n. præscriptio restrin-
12 genda, † & non extendenda ad eos, q non fuerunt in quasi pos-
sessione, l. 1. §. si quis hoc, ff. de tri. actiq; peti & ibi Bar. & plene
traditur p Fel. in c. auditis, col. 6. & seq. de pscr. Præterea anima-
duertere ret cōitas, an sit legitime probata pscriptio, ad quam iusti
13 ficandam † sunt quatuor necessaria. Primo, φ nobiles fuerint a-
liqn̄ requisiti, vt datium sannagij soluerent, l. litibus iunctis not.
ibi p Bar. C. de agri. & cenū. lib. xj. Secundo, φ ipsi nobiles requi
siti soluere recusauerint, fm gl. in l. q luminib. ff. de ser. vrb. præd.
Tertio requiritur scientia & patientia vniuersitatis, l. 2. vbi Bart.
C. de serui. & aqua. Pan. in d. consi. 18. in cā. lib. 2. & consi. 22. co.
fi. eo. lib. Quarto requiritur bona fides, fm Pan. in c. si diligenti,
de præsc. Arc. consi. 30 viso themate, col. 2. quod hodie est expe-
ditum, c. fi. vbi Ab. & Fel. de præsc. Et φ hæc quatuor requirant fir
mat Ale. consi. 116. in cā, & lite, col. pe. li. 2. Et licet Ale. ibi videa-
tur dicere hanc esse ꝯsuetudinē, tñ large & abusiue loqtur p ea, q̄
s. dixi, & in spē animaduertit Bal. in tract. præscrip. in v. parte co.
14 51. ver. 7. qō. Circa vltimum, quia actione agendum sit. † Respō-
deo actione confessoria, fm Sal. in l. 2. C. noua. vect. Inst. nō pos-
se, & Bar. in l. si prius, ff. de no. ope. nun. & forma traditur per Io.
Pet. de Ferra. in forma libelli, in actione confessoria. Laudarem
tñ, φ ꝯ nobiles non existentes in quasi possessione libertatis, fie
ret executio eo modo, quo fieri solet ꝯ alios, quia vtilius est subi
re partes rei, quam actoris, l. qui accusare, C. de eden. §. commo-
dum, Insti. de interdict.

SVper dubitatione suborta non expedit insiste
re, quia ex deductis in meo primo respō-
so patet clara resolutio. nam quantum ad habitātes
in loco, communitas potuit absque vllo priuilegio
statuere, φ quilibet nedum octo denarios, sed etiam viginti pro
sextario soluere teneatur, & etiam posset de nouo statuere pro
necessitatib. communitatis, secundum Bar. in l. 1. §. fi. ff. quod cu-
iusque vniuer. nomine, sed etiam si voluerimus insistere verbis
priuilegij, dico quod cōitas vigore dicti priuilegij potuit edere
istud statutum, quia illa copula, & alias prout in eorum libertati
bus continetur, non stat restrictiue, nec copulatiue, sed ampliati
ue, quod sic probatur, vbi mens disponentis refragatur copula
mutat suam naturam, & resoluitur in alternatiuam, vel disiuncti
uā, put intentioni melius adaptat, fm Ale. consi. 110. attētis ver
bis, in fi. lib. 2. sicut eꝯ disiuncta ponitur pro coniuncta, l. si is, qui
ducenta, §. item si pater tam. ff. de re. dub. facit tex. in l. si Titio, ff.
de vsufru. leg. & glo. vulgata in l. eas causas, ff. de cond. & demō.
Deducendo ad propositum, Princeps voluit, φ cōitas Montisli
mani posset tam pro fortificatione villæ, q̄ pro alijs quibuscun-
que negotijs imponere quaslibet exactiones; modo si dicatur,
quod illa verba, & alias prout in eorum libertatibus stent restri-
ctiue, ita φ non posit imponere nisi exactionem vnius oboli,
frustrabitur intentio concedentis Fortificabitur, quia illa verba
starent copulatiue, & restrictiue, fm priuilegium nihil operare-
tur, cum iam per primum cōitas posset imponere exactionem v-
nius oboli pro sextario. hoc autem non est dicendum, c. porrò,
de priui. l. si quando. ff. de leg. 1. ergo, &c. Corroboratur, quia in se
cundo priuilegio dr̄, φ consiliarij valeant vintena facere, taleas
imponere, & alias exactiones pro fortificatione villæ, & alias p
negocijs cōem vtilitatem tangentibus, & alias prout in eorum
libertate continetur. Pondera verbum, & alias, quod est implica
tiuum, c. cum in multis, de rescri. in 6. c. sedes, eo. tit. in antiquis,
& l. si fugitiui, cum glo. C. de seruis fugi. Ergo consiliarij nō exa-
ctionem vnius oboli, prout continetur in primo priuilegio, sed
alias (si sibi videbitur) imponere poterunt. Comprobatur, quia
copula iuncta cum illo relatiuo, alias dispositionem auget, l. ea
tñ adiectio, ff. de leg. 3. Sensus ergo est, φ ꝯsiliarij possunt nedū
olim concessas, sed ēt alias exactiones indicere, quod ēt cā con-
cessionis, videlicet pro communi vtilitate dictæ villæ, satis osten
dit. Nam ratio communis vtilitatis est generalis, quæ debet am
pliare dispositionem, quatenus ratio ipsa se extendit. l. pater fi-
lium, §. fundum, ff. de leg. 3. & ibi Bart. & l. cum pater, §. dulcissi-
mis, ff. de leg. 2. cum solitis concord.

RESPON. V.

TOlonensium priuilegia cōfirmat Princeps
his verbis. Immunitates, ī qua
rum sunt possessione, confirmamus, ita φ sint liberi,
prout sunt, retroque fuerunt. Cælestinis postea idem
Princeps donauit datium Tarasconis priuilegijs ꝯtris qbuscun
que non obstan. quæ quatenus huic donationi aduersentur, irri
ta esse voluit. Respondi confirmationem nullum immunitatis
ius tribuere Tolensibus, cum non constiterit, eos in quasi pos-
sessione libertatis fuisse eo tempore, quo confirmationem impe
trarunt. Nec credendū est illis assertiuis verbis, prout sunt, retro-
que fuerunt, cum Tolonensium suggestione princeps ita esse af-
de acquirendo ius vni vel plurib. particularibus, vt in isto casu de
clarat Pan. in c. cū dilectus, col. fi. & in c. fi. de consue. Gem. consi.
123. pro clariori decisione. Tertiò rñdetur, q procedit ubi agitur
de præscriptione pedagii cōtra Imperatorem, vel alium hñtem prius
tale ius, secus si agatur de præscriptione pedagii cōtra priuatas psonas:
ratio autē est, quia qñ agitur de præscriptione cōtra Impe. vel alium
Principē, agitur potius de præscriptione libertatis, vt quis possit
exigere pedagiū absque eius cōsensu, & nō obstāte eius imperio:
15 Vbi aūt agitur de præscribenda libertate, † nō requiritur scientia,
l. si partē. §. si per fundum, ff. quemad. ser. amit. q̄ sic intelligit Sali.
in d. l. 2. C. de ser. & aqua. Sed qñ agitur de præscriptione pedagii
in præiudicium eorū, qui erant liberi, agitur de præscriptione seru-
16 tutis, vt s. 10 prima concl. & isto casu † requirit scientia, quia ser-
uitus nō inducitur sine patientia, l. quoties, la 2. ff. de seru. patien
tia nō datur sine scientia, ergo &c. Ita Bar. in d. l. 2. qui docet præ-
dicātes, vt articulent de scientia. Circa tertiū dubium, q postea
fuit mihi transmissum, in quo quęritur, posito q do. Arnau. pro-
bet tpe debito ad causandam præscriptionem exegisse pedagiū de
quibusdam rebus. An ex hoc poterit agere de omnibus. rñdeo q
17 non, quia præscriptio est † stricti iuris, & ideo non extendēda; &
ppea dicimus tm̄ præscriptum, quantum possessum, & nō ultra,
l. j. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq; pri. & ibi in terminis
Bar. infert ad decisionē huius dubij, & idē in specie decidit Bart.
in l. si publicanus, §. in omnib. vectigalibus, in fi. ff. de pub. Sal. in
l. vectigalia, C. no. vect. Io. Bapt. in trac. de gabel. in j. q. primæ par.
facit, quia præscriptio decimandi in vno fundo nō extenditur ad
aliū, Inn. in c. tua. 2. de deci. Pan. in c. cū contingat, eo. tit. faciunt
quæ vsq; ad saturitatē scribit Fel. in c. auditis, col. 5. & seq. de presc.
& vltra cū possem multa similia adducere, sed solū cōtentus ero
allegare Bald. consi. 257. incip. qō vertens, vol. 2. vbi decidit, q dñs
alicuius loci, qui præscripsit ius collectandi quò ad certas personas,
non pōt imponere collectam aliis personis, a quibus nunq̄ exe-
git collectā, allegat decis. Bar. in d. §. in omnib. vectigalibus; & qa
præscriptio est quid facti, q̄ non recipit extensionē personarum,
neq; rerū, c. dilecto. de off. Arch. Circa quartum, an illi de vniuer
sitate sint idonei testes in hac causa, omissis superfluis puto, q
non, quia cōmodum & incommodum dictę causæ spectat singu
18 lis de populo, † vt singulis, non vt vniuersis: vnde qua rōne non
posset aliquis eorum in causa propria testificari, eadē ratione nec
in ista. sm Inn. in c. cū nuncius, de testi. Bar. in l. in tm̄, §. vniuersi-
tatis, ff. de rer. diui. vnde si eit qō de nemore, vel pascuis cōitatis,
singuli de vniuersitate poterunt esse testes, si redditus in totū ap-
plicentur cōitati, secus si singuli hñt ius incidendi ligna & pascē-
di sua animalia, vt comprobat Fel. post Pan. & alios in c. insuper,
de test. col. 1. vers. fallit quintò. & vltra cū bene facit ad terminos
consilium Lud. Rom. consi. 7. visis necessariis, col. fi. Et hæc suffi-
ciant, omissis multis aliis, quæ potuissem cumulatè adducere.

RESPONSVM. XII.

ALlobrogum Dux, qui Delphinus vocitatur, Romanēsi populo indulsit, vt nouum possit vectigal constituere. Dubitatur, an id potuerit absque Archiepi Viennensis, & capituli ecclesię beati Bernardi condominorum consensu? Quæstionem mouet, q is ea in regione supremi Principis personā gerit, sed cum pro sua parte castrum a Pontifice Maximo recognouerit, constat supremum eiusdem loci imperium ad eum minimè pertinere; eumq; iureiurādo promisisse nullam hominib. de Romanis impartiri licentiā inuitis cōdñis, ęquum non fuit a cōuentis discedere, a quibus nec eum recedere voluisse puto. Tum q non fuit de iure condominorum ab impetrantibus plenè certioratus, tum q gratia ad concedentis potestatem est restringenda.

SVMMARIVM.

1 *Ius exigendi noua vectigalia, est de maxima imperio.*
2 *Dominus supremus an habeat iura Imperii in particulari loco.*
3 *Recognoscens castrum aliquod a Papa, an censeatur in eum omnem superioritatem transferre.*
4 *Confessio procuratoris non nocet domino, maximè resultans ex productione positionum, & libelli.*
5 *Confessio Archiepiscopi & Capituli non nocet Ecclesiæ.*
6 *Iudex ad quem, an possit esse minor, & inferior iudice a quo, & in quibus.*
7 *Princeps supremus conuentionali lege obligatur.*
8 *Conuentio facta ex causa lucratiua, an possit reuocari.*
9 *Iusiurandum obligat Principem.*
10 *Concessio omnis facta ecclesiæ, habet in se causam.*
11 *Priuilegium concessum subdito, est reuocabile, non subdito nequaquam.*
12 *Consensum Capituli ac Prælati ad actum necessarium, ex cursu longissimi temporis præsumitur interuenisse.*
13 *Tacens in fauorabilibus habetur pro consentiente.*
14 *Collectæ solum exiguntur ab incolis, vectigalia autem, datia, & alia tributa a quibuscunque.*
15 *Inferiores ex priuilegio habere possunt iura vectigalium.*
16 *Titulus præsumitur ex quasi immemorabili possessione, si allegetur.*
17 *Iurisdictiones non debent esse venales. rationem vide nu. 18.*
19 *Feudum pecunia vendi potest.*
20 *Donatio vel priuilegiū ecclesię, nō pōt reuocari per ingratitudinem Prælati.*
21 *Disponens simpliciter de re cōi, intelligitur solum disponere de parte sua.*
22 *Motus proprius licèt excludat vitium subreptionis, non tamen facit vt Princeps habeat intentionem præiudicandi tertio.*
23 *Prout actio, relata ad actum præteritum, de quo constat, stat limitatiuè.*
24 *Priuilegium non extenditur vltra potestatem concedentis.*
25 *Impetratio noui priuilegii vitio subreptionis est irrita, non facta mentione possessionis & veterum iurium. & nu. 28. & 29.*
26 *Taciturnitas transactionis vitiat rescriptū. Item taciturnitas iuramenti. 27. Item sententię taciturnitas. 30. Item consuetudinis. 31.*

Respon. interpreta.

PRO Perfecta resolutione propositæ consultationis duo dubia principaliter veniunt discutienda. Primum dubium, an Illustris Delphinus solus potuerit impartiri licentiā vniuersitati & hominib. de Romanis, exigendi noua vectigalia absque consensu, & voluntate Reuerendi Archiepi Viennensis, & capituli ecclesiæ B. Bernardi condñorum dicti loci? Secundum dubium, an idem Delphinus voluerit solus impartiri licentiā prædictam? Et his duobus resolutis patebit decisio principalis controuersiæ, quæ vertitur inter præfatos dños Archiepm & capitulum ex vna, & vniuersitatem loci de Romanis ex altera, super validitate & inualiditate rescripti nouissimè obtenti a Gubernatore Delphinatus, & illius interinatione exinde sequutæ. Et discutiendo hæc duo principalia dubia, examinabo dubia emergentia, quæ ex prolixa facti narratione sapienter fuerunt elicita. Circa primum, vr̄ q Do. Delphinus potuerit concedere facultatem Romanensi populo exigendi noua vectigalia absque consensu Archiepi & Capituli, quia
1 ius exigendi nouum vectigal † est de maximo imperio, & de reseruatis supremo Principi, l. vectigalia, C. no. vectig. insti. tui non posse. l. quicquid, C. de vecti. & cōm. c. 1. quæ sint regalia. c. super quibusdā, § præterea, de verb. sign. & ideo ad supremum Principem spectat ius dandi licentiā imponendi noua vectigalia, & nouas exactiones, non ad feudatarios & inferiores, sm Sal. in d. l. vectigalia. Spec. in tit. de cau. pos. & propr. §. 1. ver. quid de colligentibus. Vr̄ ergo, q ad Delphinum solum spectat facultas concedendi nouas exactiones, quia vt præsupponimus, in terris suis Delphinus habet iura imperii, & sic neminē recognoscit. Quòd aūt supremus sit, & maior dñs loci de Romanis, constat confessionis procuratoris dñorum Canonicorū, qui in lx. positione posuit, q dñi canonici, vt capitulum recognouerunt dñm Delphinum in eorū superiorem, & iurām fidelitatis eidē præstiterunt. Ponens n. confitetur omnia, quæ ponit, vt not. in c. 2. de cōfes. lib. 6. & in l. 2. §. quod obseruari, C. de iura. cal. nulla autē est melior probatio, q̄ partis confessio, l. gñaliter, C. de non num. pec. cum vulg. quinimo & apparet de ipsa recognitione & fidelitatis iurō per publicum instrm actis insertum, fol. 140. Constat etiā de superioritate, quia ad ipsum deuoluunt applones. est n. appellatio, inferioris ad superiorē prouocatio, vt tradunt Summistæ in rubr. de appel. & gl. in c. 2. de consuet. lib. 6. Præmissis non obstantibus rñdeo Delphi-

num

nũ non potuisse absq; consensu Abbatis & Capituli eõdomino-
rũ dare licentiam p̃dictis hoibus exigendi noua vectigalia Et pro
clariori dilucidatione huius articuli,duo faciã. Primo ostẽdendã
do. Delphinum non esse supremũ dñm loci p̃dicti de Romanis.
Scdo,posito q esset dñs supremus,tamen(sm ea,quæ proponun
tur)non potuisse impartiri dictam licentiam absq; consensu Ab-
batis & Capituli, Circa primũ, q dñs Delphinus non sit supre-
mus dñs,ex eo constat, q idem dñs Delphinus recognouit se te-
nere medietatẽ dicti castri pro indiuiso,cum præfato d. Archiepi-
scopo & Capitulo in feudũ a sanctissimo dño nr̃o Papa,sanctaq;
Romana ecclesia,cui p̃stitit homagium,& fidelitatis sacramentũ
vt constat publico documẽto confecto de anno 1344.in actis ex-
hibito, & alio documento inserto in processu fol.112. In quo d.
Delphinus confitetur se non habere dñium , & iurisdictionem
in dicto loco,nisi pro media parte. Nec obstat,q delphinus in to
to Delphynatu habeat iura imperii,quia r̃ndetur dupliciter. Pri-
mo,posito,q constet, q habeat imperii iura in vniuerso , non tñ
sequitur q sit supremus dñs , & habeat iura imperii in particula-
2 ri †loco de Romanis,l.j.ad fi.& ibi no.Bart. per illum tex. ad hoc
ff.de rei vend.vbi deciditur,q vnus põt esse dñs gregis collectiue
& in vniuerso,& tñ aliqua corpora gregis erunt alterius,& idem
no.Bar.& Bal.in proœmio ffotum,& Bal.in l.j.ad fi.C.vnde agna
ti.dicens,q licet regnum Apuliæ sit ecclesiæ Romanæ considera
ta vniuersitate regni,castra tñ particularia dicuntur de directo do
minio,& maiori signoria Regis.& traditur per Alex.consi.j.col.
antepe.lib.5.Secundo respondetur,q delphinus recognoscendo
castrum siue locum prædictum a sanctissimo dño nostro , omnẽ
3 superioritatẽ †censetur transtulisse in Papã,l.censualis, C. de do.
& firmat Bal.in c.j.col.antepe.de Cap,qui curiam ven. & d.Iaco.
de S.Georgio in trac.feu.in ver.dictiq; vasal.promiserũt recogno
scere,col.pen.Non obstat,q procurator d.Archiepiscopi & Ca-
pituli confessus fuerit do. Archiepiscopum & Canonicos reco-
gnouisse suam medietatem a do.Delphino, & eidem præstitisse iu
ramentum fidelitatis:quia confessio procuratoris non nocet do-
mino,l.certum,§. sed an ipsos, ff.de confe. maxime quando con-
4 fessio resultat †ex productione libelli & positionum.quia est vo-
luntaria,secundum Panor.post Anto.in cap.j.de confes.traditur
per Alex.consi. 86.visis dubitationib. lib. 2. & alibi sæpe. Fortius
dico,quòd confessio Archiepiscopi & Capituli simul non noce-
5 ret †ecclesiæ Ita concludit glo. & ibi Iacob. de Belu. §.si vero.in
Auth.de non ali.& traditur in cap.j.de rebus alie.non alie.lib.6.
& per Socy.consi.15.visis prædictis,col.2. vbi alia iura & auctori-
tates adducit,lib.j. & consi.29.colum. 3. eo. lib.& per glo.Pan.&
Fel.& alios.in cap.fi.de præsc.Immo recognitio & pręstatio fide-
litatis & homagii facta per Archiepiscopum, & Cap. non noce-
ret ecclesiæ , quia factum Pręlati in acquisitis non pręiudicat ec-
clesiæ. clemen. 2.de reb. eccle.non alienan.l. filius paciscendo,&
ibi no. C.de pac. Et si ecclesia lędatur ex facto Prelati, restituen-
da est c. j. de in integ rest. & ibi late per Auto.& Pan. Preterea,si
canonici iurassent fidelitatem , saluis omnibus iuribus & pręro-
gatiuis competentibus , qua reseruatione stante(cui do. Delphi-
nus acquieuit) nullum fuisset generatum pręiudicium ipsi eccle-
sie.l.si debitor,§.j.ff. quib. mo.pig. vel hypo.solui.c.solicitudinẽ,
de app.traditur per Ias.in l.non solum,§.morte, in pen. char.ff.de
nō.ope.nunc. Non denique obst.q appellationes deuoluãtur ad
d. Delphinum,quia non propterea sequitur, q ipse sit supremus
dominus vel habeat iura imperii , tum quia talis deuolutio fit ex
speciali pacto,de quo in infeudatione facta eidem Delphino per
summum Põt.vt legitur ex lectura eiusdem, tum quia potest es-
6 se,q iudex ad quem,sit † minor & inferior iudice a quo,quantum
ad regalia &c.alia iurisdictionalia,licet quantum ad hunc actum
deuolutionis, sit maior,vt ostendit Io. And.in c.Romana,de ap.
lib.6.Gemin.in d.c.Romana,Peru.in rub.de appella.colu.4. tum
quia stat simul q appellationes deuoluãtur ad d. Delphinum, &
alius,puta Papa,sit supremus dominus,d.c.Romana,§.debet,tra-
ditur per Perusi.in d.rub.Sed posito, q Delphinus esset suprem⁹
dñs dicti loci (q constat esse falsum , vt patet ex pręmissis) non
videtur potuisse impertiri licentiam exigendi aliqua vectigalia si
ne tributa absq; Cap.cõsensu,& voluntate,quia d.Hubertus Del-
phinus speciali pacto iuramento roborato promisit & conuenit,
ac se & successores suos obligauit , q nunquam ɔcederet homi-
nibus dicti loci licentiam vel auctoritatem,q ipsi habere possent
aliquid commune,& consequenter q nec etiam daret licentiam
q possent exigere vectigalia,& tributa Communitatis nomine.
nec ad cões vsus. Nã qui totum dicit,nihil excludit,l.a procurato
re.C.mandati.c.solite,de maio.& obe.quod pactum fuit ɔfirma-
tum ẽt per Regẽ modernum. Constat aũt supremum principem
7 †conentionali l.obligari,c.j. de prob.ẽt si Princeps ɔhat cum sub
dito suo,vt ibi probatur,& in c.abb.de re iud.lib.6.& nedum su-
premus Princeps mortalis,sed ẽt Deus ipse immortalis, & oĩpo-
tẽs sua promissione obligaretur,sm Magistrũ sniarum,quẽ refert
Bar.in l.j.in prin.ff.de pac. Nec põt Princeps pacto ɔuenire , etiã
de plenitudine ptãtis, sm Pau.de Cast. in l.digna vox, C.de legi.
Alioquin non esset Princeps,quia cogeretur hominũ carere con
sortio non,n.reperiret,q cũ eo ɔheret, si posset a ɔctu p arbitrio,
discedere,sm Lu.Ro.consi.152.quæritur primo,ad fi. & Bal. in l.
Princeps,ff.de leg.& possem infinita ad istud propositum cumula-
re,q̃ latissime hñr in d.c.j.& ibi Fel.col.j.post Abb. Quare non vi
deo rõnem,qua modernus Delphinus,seu eius Gubernator,po-
tuerit concedere hanc facultatem exigendi tributa absq; volun-
tate Cap. Nec obstat,si dicatur, q hmõi conuentio possit a Del-
phino reuocari, vtpote facta ex causa lucratiua, † vt voluit Aret.
in d.c.j.in 2.col. quia r̃ndetur,q opin. Are. non est iuridica, vt ibi
ostendit Dec. Nam si priuatus pacto nudo , & sic ex sola obliga-
tione,obligatur seruare contractus donationis,l.si quis argento,
C.de dona. multomagis dẽt obligari Princeps , cuius proprium
est & pręcipuum exercere liberalitatem,c.j.de do.l.2.§.fi.ff.co.tit.
Et principis ɔctus , q̃uis aĩs sit stricti iuris , tñ pp fidem Principis
hẽt nãm bonæ fidei,sm Bal. in tit. de pa. Constan.§.si quis vero.
item posset procedere in donõne facta priuatæ personæ , secus in
donõne facta ecclẽiæ , q̃ censetur facta Deo , quę nullo modo põt
reuocari,ẽt pp ingratitudinẽ Prælati, c.verũ,de cõd.apposi.& ibi
no.Panor.post Vinc.& firmat Pan.& alii cõiter in c.fi.de do. & se-
6 quitur Fel.auctoritates congerens in c.ecclesia S. Mariæ, col.35.
de const.Nam quod datur Deo seu ecclesię non dr̃ proprie donari
sed restitui, siue resignari, quia Dei sunt oĩa, vt in proposito dñt
cõiter scribentes,qui defendunt donõnẽ factã in ecclię p Constã
tinum Imperatorẽ. Quorũ rões & fundamenta possunt adapta
ti ad rem nostram,sed non trãscribo,quia notissima sunt.Et si do
nõ facta per Cõstantinũ ecc.Ro.per q̃ Imperator perdidit Romã
oĩum vrbium caput,& fundũ,defendit & irreuocabilis hr̃, mul
tomagis hmõi concessio,per q̃ in nihilo, vel modico diminuitur
Delphinalis iuridõ.Nam sm Bar.in l.prohibere,§.plene.ff.quod
vi,aut clam,donõ facta per Regem,non pręiudicat successoribus
qñ regnũ non multum diminuitur. Pręterea, vbi alias ɔctus esset
sui nã reuocabilis,attñ pp iurm obseruandus esset,quia iuistitati
9 dum †ẽt obligat Principẽ, c.j. de iu.iur.lib.6.nam iurm,& votum
sunt de iure diuino,cui ẽt Princeps subiicitur,c.sunt quidam, 25.
q.j.&cui ẽt Papa alligatur,ita q nõ possit seipsum absoluere,nec
alii absolutionem demandare sm Ant.& Imo.in c.i. de ɔsti.quod
verum est indubitanter,qñ nulla subest cã, quare Papa sit absol-
uendus.Cum itaq; Modernus Rex,Delphinusq; confirmauerit,
& hmõi conuentionem ratã & gratam habuerit, nihil proponi
video pp q aduersus eã Gubernator Delphinalis venire potent.
Non ẽt obstat.si dicatur,q hmõi cõuentio absq; cã facta, potius
sit priuilegium,quod põt a concedente & successoribus reuocari
10 c.veniens,de præscrip.c.in nr̃a,de iniur.quia r̃ndetur,q oĩs † con-
cessio facta ecclesiæ hẽt in se cãm , quia creditur facta pro salute
animæ.d.c. verum,de cond. apposi. & sic non est simplex priuile-
gium,sed potius donatio ob cãm . vt ibi dr̃. Item respondetur,q
p̃rium procedit,qñ priuilegiũ conceditur subdito.Secus si conce
datur non subdito,†quia tunc est irreuocabile, sm Pan.& Fel.la-
te in c.nouit,de iudi.ecclesia aũt, cui concessum est hmõi priuile-
gium,(si ita possit appellari)non dr̃ subdita,imò est dña gentium
c.bene quidem,96.dist.c.ecclesia S.Mariæ,de cõst.ergo &c.Hinc
dicimus,q priuilegia ad pias causas,sunt perpetua & irreuocabi-
lia,sm Bar.in l.priuilegia, C. de sacros.ecc.de quo p Fel.in d.c.ec-
clesia S.Mariæ,q.12.& ita consuluit Lud.Ro.consi.218.circa pre
missam.& Pau.de Cast.consi.117.viso & examinato puncto.Nõ
denique obstat,dum dr̃,q Carolus IIII. Romanorum Imperator,
& successiue Carolus Delphinus concesserit hominibus dicti lo
ci,q possent syndicos & Consules habere & vniuersitatem con
gregare,& collectas imponere,quia respõdet multipl̃r. Primo, q
talia priuilegia fuerũt subreptitia,& obreptitia reuocata & annul-
lata per sniam latam per Gubernatorem delphinatus ad hoc spã
liter delegatum per præfatum Carolum Delphinatus vt constat
publico documento, de quo in actis. Secundo r̃ndetur,q fuerũt
concessa saluo iure tertii,vt apparet ex eorũ lectura,& tacite sub-
intelligitur,l.cum auus,C.de eman.li.l.2.§.si quis a principe,ff.ne
quid in loco publico,c.super eo,de os.dele. & sic saluo iure capli
& Archiepiscopi. Et si insistetur probatum fuisse,q dicti hoĩes ha-
bent Consules & vniuersitatem, & sunt in quasi possessionem longis-
simo tpe,cuius initii non hr̃ memoria, & tñ non constat de con-
sensu dñorũ Archiepi & Caplĩ. R̃ndetur de consensu satis con-
stare ex eo,q erat necessarius, vt apparet ex instro conuentionis
initæ cum Delphino Humbergo lõge ante cõcessionem Caroli
IIII.& Caroli & Ludouici Delphinorũ , in qua reseruatũ fuerat
ius ecclię cuiuslibet alterius. Ex cursu aũt longissimi tpis p̃sumitur
12 †interuenisse cõsensum Capituli & Pręlati,necessariũ ad actũ,c.
cũ aplĩca,& c.ea noscitur,vbi Io. And.& alii,de his,q̃ fiunt a Pręla.
sine consensu,Ca.& firmat Barb ɔsl.35.sapiẽter scribit,co.añp.
& seq.li.2.& Dec.ɔsl.152.in cã exceptionis.vbi dicũt, ex cursu tãti
tpis p̃sumi actũ fuisse ɔfirmatũ a Papa, si eius cõfirmatio erat ne-
cessaria.Et firmat Alex.consi.6.lib.1.Old.consi.296.Raph.Cu.cõ
si.84.quia cã traditur der Bar.in l.cũ de in rem verso.de vsu. & au
ctoritates ad hoc abundant. Tertio r̃ndetur,q taciturnitas Archi
episcopi & capituli pro consensu reputatur quantum ad conser-
13 uandum †ius ipsorum , nã tacẽs in fauorabilibus hr̃ pro consen-
tiente,vt in reg.qui tacet,de regu.iur. Et per ear.in l.quæ dotis,ff.
solu.matri. & propterea dñs , qui scit vasallum alienasse feudum

si taceat, vr̄ consentire, & ex tali consensu conseruat ius suum di-
rectum. quod hr̄ in feudo, sm̄ gl. in c. j. de prohib. alie. feu. per Lo
tha. Quarto rei ondetur, ꝙ licet negligentia præfatorum Archi-
epōrum, & Capituli præiudicasset ecclesiæ, quantum ad faculta-
tem eligendi Consules, & imponendi certas collectas, non tñ p̄-
iudicasset ecclesiæ, quantum ad facultatem exigēdi vectigalia, &
tributa, quia talia sunt separata, & ex separatis nihil sequitur, l.
Papinianus exuli, ff. de mino. l. fi. ff. de calum. nam collectæ exigū
tur solum ab incolis, quos vniuersitas pōt collectare absq; con-
14 sensu, & licentia † superioris, vectigalia autem, datia, tributa, &
similia exiguntur a quibuscunq;, & talia onera non possunt per
vniuersitatem imponi absq; licentia superioris, quia sunt de rega
libus, vt declarat Bar. in l. j. C. de superindict. li. x. & in l. 4. §. actor,
vbi Mod. ff. de re iu. & in l. j. in §. fi. ff. quod cuiusq; vniuer. nomi-
ne. Alex consi. 145. qm̄ abundè, lib. 2. & consi. 124. super 1. libr. 4.
Gemi. consi. 116. quia prædicti, colum. 1. Et hæc de p̄tāte sufficiāt,
nunc de voluntate dicendum. Haud n. sufficit potestas, nisi adsit
voluntas, cum super, de offi. dele. vnde posito ꝙ do. Delphinus
solus possit præstare facultatem exigendi vectigalia, & tributa,
discutiamus an solus voluerit hanc facultatem concedere per no
uissimum rescriptum, de quo contenditur. Et pro clariori resolu
tione huius secundæ dubitationis tria faciam. Primo demonstra
bo, ꝙ ius dandi hoīb. dictam licentiam exigendi vectigalia, & tri
buta, cōiter spectat ad duos Archiepiscopū. Capitulū, & ad dn̄m
Delphinum. Secūdo ostēdam, ꝙ do. Delphynus noluit per dictū
rescriptum concedere licētiam vniuersitati, & hominib. p̄dictis
absq; consensu domini Archiepi, & Capituli. Tertio probabo
hmōi gratiam esse inualidam, nullam, & subreptitiam, & ex his ꝯ
cludā vniuersitatē, & homines de Romanis, nō potuisse, nec de-
buisse virtute dicti rescripti exigere prędicta vectigalia, nisi prius
habito consensu do. Archiepi, & Capituli. Circa primum, ꝙ ius
& facultas dandi prædictā licētiā spectet, cōiter ad Archiepm, &
Capitulū ac D. Delphinum, patet ex pluribus priuilegiis tam per
serenissimos Imperatores, q̄ per sanctissimos Pontifices Ecclesiæ
15 S. Bernardi de Romanis cōcessis. Nā ēt inferiores † ex priuilegio
habere possunt iura vectigalium, ca. super quibusdam, §. p̄terea,
de verb. sign. & traditur per Bald. in l. si publicanus, §. in omnibus
ff. de pub. Primo constat de priuilegio pręsumpto ex quasi posses
sione tanti tp̄is, cuius initii memoria non hr̄. Nam ex possessione
16 immemorabili præsumitur titulus, si allegetur, vt in terminis no
stris decidit Sal. in l. vectigalia, per tex. in l. si filius, ff. de peti. hære.
traditur s̄. p Bar in de. l. cum de in rē verso. & hr̄ in variis cōsiliis,
de quibus per facta fuit mentio, & in proposito ita concludit Io.
Fir. in tra. de gabel. in j. parte primæ partis, col. 7. dicens post Saly.
in d. l. vectigalia, ꝙ vtilius est alleg. titulum, & illum iustificare ex
quasi possessione, quā allegare præscriptionem, quia in præscrip-
tione perficienda requiritur, ꝙ probetur scientia & patiētia eius,
ꝯ quem præscribitur, vt traditur per Bar. in d. §. in oīb. & in l. 2. C.
de ser. & aqua. De quasi autem possessione ecclesię dādi licentiā
hominibus, & incolis de Romanis exigendi vectigalia, tributa,
collectas, & similia onera, constat ex documentis q̄ plurimis desi
gnatis in narratione facti. Ex quib. apparet, quod ab anno 1283.
vsq; ad annum 1521. & sic vsq; ad impetrationem rescripti con-
tentiosi, ecclesiam semper perseuerasse in quasi possessione dan-
di, & concedendi prædictam licentiam. Item cōstat de priuilegio
ecclesiæ concessi per Fede. 11. confirmato per Sigismundum Im
peratorem, & per Inn. & Clem. Pont Maximos, de quibus fol. p-
cessus 189. & seq. hi. n. diui Principes ecclesiæ donarunt regalia, s.
nundinas, portum. pedagium, & dana animalium, quæ ab alio p̄-
ter, q̄ ab ecclesia exigi noluerunt. Quo fit, vt ad ecclesiam spectet
facultas concedendi exactionem prædictorum vectigalium, c. 1.
quæ sint rega. d. c. super quibusdam, §. præterea, de verbo. sign. Itē
constat de priuilegio ex instrumento communicationis, & infeu
dationis mediæ partis dicti loci, q̄ Clemens sextus Hūberto Del
phino cōcessit. Ex quo apparet, ꝙ ecclesia S. Bernardi de Roma
nis, & Delphinus feudatarius sanctissimi nostri, hn̄t pro indiuiso
oēm iurisdictionem altam, & bassam, & omne imperiū, merū &
mixtum, & ꝯsur ēt iura vectigalium, quæ de maximo imperio, vt
dicit Sal in d. l. vectigalium, & traditur per Bar. in l. imperium, &
clarius ibi per Bal. ff. de iurisd. om. iud. Item constat de priuilegio
ecclesiæ de Romanis ex instrumento trāsactionis initę inter Del
phinum Humbertum, & Capitulum dictæ ecclesiæ, in qua idem
Delphinus fatetur ecclesiam esse condominam, & obligat se nū
quam daturum facultatē hominib. dicti loci habēdi aliquid cōe
absq; voluntate Capituli condomini, q̄ ꝯuentio tribuit ius, & ti
tulum ipsi ecclesiæ, vt s̄. abundè deductum fuit. Item constat ex
rescripto Caroli Delphini Francorum Regis primogeniti, qui ꝯ
fitetur concessionem creandi Consules, & Rectores cōmunitet
spectare ad Delphinum, Archiepm, Sacristam, et Capitulum, vt
legitur in processu fo. 110. & seq. & alio rescripto eiusdem Caro-
li, fol. 178. in quo idem Carolus declarat ius concedendi exactio-
nem tributorum, vectigalium, dominiūq;, & iurisdictionem in
omnibus causis, tam ciuilibus, q̄ criminalib. communiter specta
ctare ad ipsum, ac Sacristam, & Capitulum d. ecclesiæ. Quæ Prin
ceps dilucida voce testatur per suum rescriptū, proculdubio cō-
fessionis, vel legis, seu donationis vim obtinēt, l. 3. C. de legi. nec
aduersus confessionem propriam licitum est venire, c. per tuas de
prob. l. gn̄aliter, C. de non nu. pe. & minus aduersus donationem
factam ecclesiæ c. fundamenta. de ele. lib. 6. & d. c. verū, de condi.
appo. cum si. Deniq; constat de titulo, & iure ecclesiæ per sn̄iam
alias latam per delegatū sp̄alr ad hoc deputatum auctoritate, &
rescripto pręfati Caroli, q̄ sn̄ia titulū p̄stat, vt per Bar. in l. ex hoc
iure, ff. de iust. & iur. & pro veritate hr̄, l. res iudicata, ff. de reg. iur.
non obstat, dum dr̄, ꝙ Archieps, & Capitulū se reddiderunt indi
gnos priuilegiis pp abusum commissum in ꝓcedēdo exactiones
vectigalium vniuersitati, & hoib. p pecuniam, & p̄cium apprecia
17 tū, ꝙ non vr̄ licitū, qa iurisdictiones non dēnt esse venales, §. cogi
tatio, in Auc. vt iud. sine quoquo suffrag. priuilegia. n. merentur
amittere, cū fuerint priuilegiorum p̄tāte abusi, c. vt priuilegia de
priui. c. quia frustra, de vsur. quia ad istud, super quo vniuersitas se
maxime fundare vr̄, rn̄detur dupliter. Primo, ꝙ hmōi licentia, si-
18 ue gratia leuandi vectigalia, † vendi pōt absq; aliquo vitio, quia
non habet administrationem iustitiæ coniunctam, quæ simul s̄,
vēdat, sm̄ Bar. in l. Barbarius, col. 4. ff. de offi. Prætor. & Pan. in ca.
tuam, col. pe. de ꝯta. & quali. nam iustitia exactionis non vēditur
sed salua remanet penes Archiepm, & Capitulū, ac dn̄m Delphi
num, seu eius officiales, qui habent cognoscere de iustitia, vel in-
iustitia exactionis, si quispiā, q̄relam porrexerit, l. qui se grauatos,
C. de censi. li. xj. Licet enim vniuersitas virtute licentiæ sibi impar
titæ possit vectigal indicere, & imponere tributum, si tn̄ ex impo
sitione hmōi aliquis indebitè grauaret, posset grauatus recur-
rere ad superiorem, & exceptione doli aduersus statutum vniuer
sitatis se tueri, l. j. in fi. ff. de doli excep. vel appellare a tali grauami
ne, l. j. §. solent, ff. quam appel. sit. Firmat Bar. in l. ambitiosa, colū,
pe. ver. quero quo iure, ff. de decret. ab or. fac. Vnde cum per hanc
gratiam, seu licentiam non vendat iustitia, sed facultas exercendi
regalia ad certū tp̄s, nihil proponitur quare p̄tio vendi nō possit
19 nam feudū pecunia vendi † pōt, c. i. de bene. frat. vbi Bal. & alii,
in c. j. quemad. feu. ad fil. pert. & c. j. de inuesti. in ma. fac. ca. j. quib.
mo. feu. amit. in fi. & c. j. §. Titius, si de feu. fue. contro. inter domi.
& agn. vasal. Et si dn̄s pōt vendere feudum totum, ac regalia, cur
non ēt vendi poterit facultas. coercendi regalia ad tempus? Scd̄o
rn̄detur, ꝙ si delictum fuit vendere hāc licentiam, non dēt eccle-
siæ nocere, reg. delictum personæ, de reg. iur. lib. 6. (nam vt s̄. dixi)
30 pp ingratitudinem † Pręlati non pōt reuocari donatio, nec priui
legium concessum ecclesiæ, sm̄ Card. Pa. & alios, in c. fi. de dona.
Et licet in d. c. verum, de condi. appo. videatur sentire, ꝙ pp ingra
titudinem Prælati, & Capituli simul, possit donatio reuocari, tn̄
cōis Doctorum sententia ꝯtrium, tenet, quia si pręlatus cum Capi
tulo non pōt pręiudicare ecclesiæ ꝯhendo absq; debitis solēnita
tibus c. sine exceptione, 12. q. 2. multominus debet posse delin-
quendo. c. quanto, de diuor. Et ita tenet Spe. ti. de do. §. j. vbi dicit
ꝙ si Abbas, & monachi fuerant ingrati erga Baronem, qui fun-
dauit, & dotauit monasterium, non propterea destruendum est
monasterium. Sed Abbas & monachi ingrati sunt inde expellen
di, & alii eorum loco subrogandi, sequuntur Pet. de Ancha. Ant.
Imo. & Pan. sibi ꝯtrius, in d. c. fi. & idem tenet Pan. in ca. j. de dolo.
& contu. Fortius dico, donationem factam ecclesiæ nulla ingra-
titudine reuocari posse, quia censetur facta Deo, d. c. verum, q nō
potest dici ingratus, cum sit omnium gratiarum largitor, c. reuer-
timini, 16. q. j. Pręterea in casu nostro non deliquit Archieps Prę
latus, sed quidam particulares canonici, vt legitur ex documentis
exhibitis per vniuersitatem. Vnde nihil. facit decisio Pan. etiam
si iuridica foret. Et ex istis satis remanet fundata intentio eccle-
siæ, ꝙ ad ipsam, & ad d. Delphinum cōiter spectat iurisdictio al-
ta, & bassa, & omne imperium, & regalia in dicto loco de Roma
nis Quib. sic stantib. ostendam clarissime, ꝙ do. Delphinus p no-
uissimum rescriptum, de quo disputatur, noluit concedere, nec
impartiri licentiam vniuersitati predictæ leuandi, & exigendi ve
ctigalia, datia tributa absq; consensu, & voluntate do. Archiepi,
& Capituli ex q̄ plurimis rōnib. Primo, quia disponens simplici-
12 ter de re, quę est cōis, intelligitur solum disponere de parte † sua,
l. serui electione, §. fi. ff. de leg. j. & l. qui concubinam, §. qui fundū,
ff. de leg. 3. Hinc dicebat Bal. in l. legatis vxori, ff. de lega. 2. quod si
aliquis det immunitatem habitantibus in castris suis, non cense
tur dedisse immunitatem habitantibus in castris cōib. quia iuris-
dictio cōis est promiscua. Ideo necessarius est consensus alteri cō
domini, l. proprium, ff. com. prædio. Hinc est, ꝙ mandatum de p-
uidendo de aliquo beneficio directū alicui Episcopo, intelligit
de beneficio spectante ad solam collationem ipsius, non de bene
ficio, quod ad eius collationem, & alterius spectare dignoscit, c.
cum in illis, §. fi. de pręb. in 6. Secūdo qa Princeps per suam gratiā
nunq̄ censetur velle præiudicare iuri alterius, c. q̄uis, de rescrip. in
6. in d. l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publ. etiā si motu
proprio Princeps gratiam faciat, sm̄ Host. Ant. & alios, in c. cām,
22 de testib. Licet. n. motus † proprius excludat vitium subreptionis,
non tn̄ facit, ꝙ Princeps habeat intentionem præiudicandi ter-
tio, vt per plura probat Felyn. in ca. certum colum. v. de rescript.
nec creditur Principem voluisse concedere priuilegium eccle-
siæ, etiam modicum; secundū gl. in c. cum olim, de consu. nā si p̄ d
uile

uilegium enormiter læderet ecclesiam, non valeret, c.pe.& ibi Pan.de clen. non resi. & q in dubio non. præsumatur Princeps voluisse præiudicare iuri alterius, comprobat latissime Fel.in ca. causam, q.col.5.de rescr. Dicamus ergo, quod non fuerit mens d. Delphini, quod vniuersitas posset leuare subsidia & tributa absque consensu Archiepi & capituli. alioquin iuribus ecclesiæ voluisset præiudicare, quod non est præsumendum, vt confirmat Alex.consi. 125.viso titulo, lib.secundo. vbi consuluit per donationem factam per Sigismundum Imperatorem de Villa Gamberulæ, nõ videri præiudicatum cõtra Lenniani in exigendo datium vini, quod ex consuetudine solebat exigere in dicta Villa Gamberule, & idem in simili casu consuluit idem Alex.consi.35.viso processu, lib.4.& auctoritates, & iura abundant in proposito. Tertio, quia dominus gubernator dedit vniuersitati licentiam leuandi tributa & vectigalia, adiecta clausula prout hactenus fecerunt, & sic hæc gratia, seu licentia restringitur ad metas prae-
23 teritæ consuetudinis: quia dictio, † prout, relata ad actum præteritum, de quo constat, stat limitatiue, l.edita, & ibi Bar.co.pe.C. de edendo. & idem firmat Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. prout, & Fel.in c.qm. Abb.col.3.de offi.dele. Ale.cons.46 visis & accurate consideratis, col.pe.li.primo. Constat autem de præfata consuetudine, quod vniuersitas solita est leuare tributa habito consensu oĩum condominorum, non autem solius do. Delphini, vt patet ex documentis designatis in processu & in præmissa narratione facti. Ergo non aliam constat fuisse mentem d. Gubernatoris, qui nouissime concessit facultatem exigendi tributa, prout hactenus solitum est. Quarto, quia Princeps cõcedendo aliquam gratiam, vel priuilegium, intelligitur eatenus concedere,
24 quatenus sua potestas se extendit, † non autem vltra, l.Lucius, §. Imperator, ff.ad municipa.c.a nobis, & ibi no. Pan.de senten.excõ.& traditur per Paul. de Castr. consi.295.in causa, in 2.parte, secundum nouam impressionem, & per Cur.consi.60.col.fi. Verum cum do. Delphinus non posset dare hanc facultatem in præiudicium eccl'e condominæ, nisi accedat consensus Prælati & Capituli, vt ostensum fuit in primo dubio, dicendum est quod voluerit do. Gubernator hanc facultatem concedere, quatennus tãgit portionem domini Delphini. Et quod iste fuerit sensus sua detur, quia se refert ad antiquas concessiones prædecessorum, in quibus maxime in lnia ꝯcessa de anno 1464. Lud. Regis primogenitus Delphinus sapienter lniam ꝯcessit, adiecta clausula, in quantum partem nostrã tangit, q̃ clausula censet inclusa in p̃nti noua lnia, quia relatum est in referente, l.asse toto, ff.de hęred.instit.l.qui sic, ff.de verbo.obli. Ex prędictis satis superque disputatum fuit de p̃tãte & voluntate, nunc videndum est de subreptione, ex qua apparebit, q dom.gubernator talem lniam solus non dedisset, si habuisset notitiam iurium competentium ecclesię, de quibus debuit vniuersitas in præcibus mentionem facere. Nam ea omnia sunt per impetrantem exprimenda, quæ concedentem possunt mouere ad non concedendũ, vel difficilius concedendũ, c.super literis, c.postulasti, in ver.de leui, de rescriptis. maxime in impetratione priuilegii, quia subreptio ipso iure vitiat priuilegia & literas gratiosas, c.ad aures, vbi Pan. & alii, eo.tit.tacuerunt impetrantes Reue.dom. Archiepiscopũ & Capi.esse in quasi possessione exercendi regalia, & signanter impartiẽdi lniam, & authoritatem exigendi noua vectigalia simul cum Delphino; de qua
25 quidem quasi possessione † mẽtionem facere debuerunt, alioqn impetrationẽ vitio subreptionis irritam esse constat, c.cum nostris, de concel.præben. & licet ille text.loquatur in impetratione beneficii, tñ ratio illius cap. militat in omnibus impetrationibus: quia si fuisset expositum, quod ecclesia erat in quasi possessione simul cum dom. Delphino, solus nõ dedisset licentiam nisi accederet consensus Prælati, & Capli condominorum. & q ille tex. procedat generaliter etiam in aliis impetrationibus, probatur in c. 2. vbi gl.de deci.lib.6.& in c.dudum, extra eo.& firmat Fely.in c.nostra, co.24.ver.9.no.de rescr. Secundo constat huiusmodi impetrationem esse subreptitiam, quia non fuit facta mẽtio de transactione inita inter ecclesiam, & quondam dom. Hu-
26 bertum Delphinum, taciturnitas trãsactionis vitiat † rescriptum secundum glo.in c.ex literis, de offi.deleg. post Cardinalem consil.176.factum sic se habet, & idem firmat Socin.consi.130. circa primum, lib.4. Tertio, dato quod fuisset facta mentio transactionis, alia ratione esset subreptitia, quia non fuit facta mentio iuramenti præstiti per pręfatum quondã do. Hubertum, nam taci-
27 turnitas iuramenti † reddit grãm subreptitiam & inualidam, cap. constitutus, de resti. & firmat Lud. Rom. consi.369. circa primũ, col.3. & Alex.consi.125. col.pen.li.1.& traditur per Ferra.can.60. Quarto, huiusmodi gratia est infecta vitio subreptionis, quia nõ
28 fuit facta mentio tot † priuilegiorum tam per Imperatores & Delphinos, quam etiam summos Pontifices concessorũ, c.cum ordinẽ, de rescriptis, c.veniens, de præscript.l.3. C.de silent.lib.12.& traditur per Fel. late in c.j. ver.2. dispositio, de rescriptis. Quinto, ex alia red ditur subreptitia, quia non fuit facta mentio, q priuilegia & trãsactio ac libertates ꝯcessæ ecclę fuerunt ꝯfirmatæ per Francis. Modernũ Regẽ & alios pdecessores, Reges, & Delphi-
29 nos, de qb. ꝯfirmationib. † si nõ quoq; mẽtio fuit, alias gratia vitio subreptionis nullius est momenti, secundum glos. in clemen. dudum, in verbo, pacta, de sepultur.s. Alexan.consilio 125. colu. 3.lib 2. Curtius Senior consilio 35.in fine. Sexto est subreptitia alia ratione, quia non fuit expressum concedenti, quòd alias fuerit lata sententia contra ipsam vniuersitatem, quod non liceret impetrare facultatem indicendi nouas exactiones absque consensu Archiepiscopi, & Capituli, quæ iam longissimo tempore
30 transiuit in rem iudicatam. taciturnitas enim sententiæ, † vitiat priuilegium, capitu. exposita, de arbi. & ibi glo. & Fely. colum.3. in capitu.super literis, de rescript. nisi in gratia sit apposita clausula, non obstante re iudicata, l. fina. C. senten.rescind. non poss. Nec sufficit, quòd talis clausula sit apposita in precibus, sed oportet, quòd sit inserta in corpore gratiæ, secundum Alexand. consilio 16.columna 2.lib.2. Nec valet priuilegium contra rem iudicatam, nisi sit concessum parte citata, & cum prædicta clausula, non obstante secundum Alexan. consilio 113. ad finem, eodem lib. Septimò, quia impetrantes tacuerunt, quòd vniuersitas consue-
31 ta † sit petere licentiam impetrandi & exigendi vectigalia etiam a præfato domino Archiepiscopo & Capitulo, ideo gratia quoque redditur subreptitia, capit.j.de consuetu.lib.6. & traditur per Alexand. in dicto consilio 130. columna 3. de quibus omnibus si do. Gubernator fuisset (vt iuris erat) ad plenum informatus, non concessisset dictis vniuersitati & hominibus prædictam licentiam simpliciter & absolute, sed ita demum si accederet cõsensus domini Archiepiscopi & capituli condominorum. Quare cõcludo non licuisse vniuersitati & hominibus exigere aliqua vectigalia seu tributa, absque consensu omnium condominorum, quia dominus Gubernator non voluit solus talem impartiri licentiam.

RESPON. XIII.

ARelatenses Nullo iure onere restituendi p̃.tii per Christianissimum Regẽ exacti ab emptoribus officiorum Vigueratus eiusdẽ Vigueriis ab eodem Serenissimo Rege grauati censentur. Idque ex tenore verborum Regis aperte deprehenditur asserentis, en exbourfant tou stesfoys par lesdictz gens dudict pais &c. per quæ verba personæ seu homines trium statuum expresse grauantur, & præsertim cum ad eorum supplicationem, & non Arelatensium, hęc fuerint per Principem concessa. Qui pariter Arelatenses, vti adherentes nullo iure adstricti censentur, cum nulla æquitatis ratio patiatur iustissimum Regem adhęrentes non supplicantes grauasse, & pecunias eis inuitis extorquere voluisse. Quare Arelatenses & si adhærentes, non tamen supplicantes, nec supplicantibus acquiescentes, non grauatos esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Verba, seu clausula in fine posita, referuntur ad pręcedentia eis correspondentia.*
2 *Relatio in dubio fit contra suplicantem.*
3 *Relatio seu interpretatio, nunquam fit ad ea, ex quibus resultaret iniquitas.*
4 *Edicti Regis declaratio, ad ipsum Regem spectat.*

Respon. interpreta.

NOn creditur Christianissimum Regem voluisse grauare Ciuitatem Arelatensem onere restituendi pretiũ, quod ipse recipit ab emp. officii Vigueratus rationibus seq. Primo, quia illa verba reductionis Regiæ, en exbourfant touresfoys par lesdictz gens dudict pais, ceulx q; en vertu de nosdictes letres onl obtenu lesdictz offices perpetuez, referẽda sunt imo expresse referuntur ad gentes trium statuum præmentiona-
1 tas, ita sonant illa verba, per lesdictz: quę respiciunt præcedentia l.j.§.eum qui, alias est §.hoc edicto, & ibi nota.Bar.ff.de post. docet Bar.in l.talis scriptura.col.fi.ff.de le.j.Soc.consi.62. col.j.lib.4. Secundo, quia dicta reductio facta fuit ad supplicationem gentis
2 trium statuum, ergo, † ad ipsas in dubio faciẽda est relatio, c. inter dilectos, de fide instrum. Insti de inut.stip.§.præterea. Cum igitur Arelatensis respublica (vt proponitur) non sit de gentibus trium statuum, nec in tribus statibus comprehensa, bene sequitur, q ipsa non intelligatur grauata. Non ob. si dicatur, q licet non sit de gentib. trium statuum, est tñ de terris adiacentibus, quia in præcedentib. leguntur nominatæ, quia rñdetur, q quatenus Christianissimus Rex se refert ad terras adiacentes, intelligitur de terris adiacentibus, quę simul cum gentibus trium statuum supplicarunt, & petierunt reductionẽ, offerentes sese exolutiros p̃tia emptoribus officiorũ, ita pbant verba p̃fationis dictæ reductionis ibi, requestes & complaintes &c. a quibus ipsa reductio omnino regulatur. l.si, ff.de hęre.insti. nõ.n. iustissimus Rex intelligit velle grauare terras adiacentes non supplicantes, nec velle auferre pe-

euniam de bursa Arelatẽsium, eis inuitis, ſm Bal. in l. r. C. de ser.
& aqu. co. 10. & Rap. Cu. in l. fi. C. ſi ꝯ ius, vel vtil. pub. comprobat
Fel. in c. quæ in ecclesiarum, colu. 13. de consti. alioquin si ad ter-
ras adiacentes non supplicantes fieret relatio, resultaret summa
iniquitas sic enim Rex voluisset vendere officia & prætia recipe-
re cum damno subditorum, quos voluisset reddere pretia em-
ptoribus contra omnem æquitatem; sic. n. in effectu, & per indi-
rectum voluisset extorquere pecunias ipsis subditis inuitis, er-
go non dicamus, ꝙ relatio sit facienda ad terras non consentien-
tes, nec supplicantes duntaxat, quia fugienda est illa interpreta-
tio, per quam resultat iniustitia, vel iniquitas, ſm glo. & Bar. in l. fi.
3 in l. j. C. de libe. præte. Nec † relatio facienda est ad ea, ex quibus
resultat absurditas, c. cum eccelsia Vlter. de elec. Ol. consi. 152. in-
cip. factum tale est. traditur per Ias. in l. j. C. de lib. præte. Cum igi-
tur Ciuitas Arelatensis non supplicauerit, nec supplicanti con-
senserit, bene sequitur ꝙ ipsa non censeatur grauata. Et si insta-
tur, quis ergo erit grauatus, seu quis remborsabit dictum Vigue-
4 rium? Respondetur, ꝙ declarare habeat † Christianissimus Rex,
qui reductionem fecit, l. fi. C. de leg

RESPONSVM. XIIII.

1 ALlobrogum consuetudine nobilibus nobi
liter viuentibus munerum im
munitatem præstante proponebatur, num Baldesar
ex Ioanne illustris Delphini Barbitonsore natus, ge-
nere nobilis esset? Plerique responderunt, ex nobili parente origi
nem ducere etiam eum, qui ex principis coquo descendit. Ego au
tem dixi inferioris Principis non decorari radiis, quem artis vili-
tas ignobilem facit, quod vulgi opinione comprobari dicitur, &
naturali constat exemplo. Minoribus. n. astris ea non est illustran-
di vis, quæ Phœbo omnium astrorum maximo. id etiam quære-
batur, an immunitas a Delphino concessa Ioanni, eiusque hære-
dibus & successoribus ex suo corpore, & legitimo matrimonio
procreatis concessa quoque foret Baldesari nepoti instituto in re
certa a Ludouico, filio & hærede. Ego verba priuilegii strictissi-
me interpretans, filiis hæredibus vniuersalibus, non etiam nepo
tibus hæredibus particularibus immunitatem donatam respon-
di, sed nec a muneribus a Principe indicendis exemptos. a colle-
ctis, quæ populi decreto pro communi vtilitate imponuntur, pu
to posse defendi.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes sunt de descendentibus, & ex corpore aui.*
2 *Nobilitatem tenetur probare, qui se super ea fundat.*
3 *Barbitonsor propter artis vilitatem non differt a mechanico, & plebeio, &. numero 5.*
4 *Coquus Principis dicitur constitutus in dignitate.*
6 *Princeps supremus potest domesticos suis radiys nobilitare, non autem Princeps inferior.*
7 *Delphinus non recognoscit superiorem. Iura tamen loquentia in Imperatore non habent locum in eo, licet sit a qua potestas. & nu. 8.*
9 *Consuetudo & existimatio communis in materia nobilitandi alterum, magis spectanda est, quam lex.*
10 *Nobilitas, vt præscribatur, quanti temporis vsus requiratur, idem de priuilegio non contribuendi nu. 11.*
12 *Taleas soluere dicitur qui pro ipsis remittit, quod sibi debetur.*
13 *Testium plurium depositio de nobilitatis ratione, non infert nobilitatem.*
14 *Plebeius potest esse exemptus a datiis & taleis.*
15 *Hæres hæredis est etiam testatoris hæres. & qualiter hæc regula intelligatur, numero 16.*
17 *Successoris appellatione in dubio venit vniuersalis hæres non particularis.*
18 *Filius institutus in re certa, dicitur hæres.*
19 *Priuilegia immunitatis sunt contra publicam vtilitatem, & nu. 24. & ideo veniunt strictissime interpretanda.*
20 *Nepos an ex aui matrimonio, aut eius corpore dicatur natus.*
21 *Priuilegium vnum suppletur, & declaratur per aliud.*
22 *Argumentum a contrario sensu, valet etiam in priuilegiis.*
23 *Impositis & imponendis, participium, resolutum, & resoluendum, prout decet, dispositionem restringit ad terminos relatiui verbi.*
25 *Hospitari milites quilibet tenetur, nisi speciali priuilegio fuerit exemptus.*
26 *Collectæ impositæ ob communem vtilitatem, regulantur secundum naturã onerum, in quorum loco subrogantur.*

Qui veritas est, mihi viam veritatis aperiat.

Respon. interpreta.

VIdetur Respondendum Baldesarem duplici iure
immunem esse a collectis, subsidiis, cæte-
risque muneribus ciuitatis Diensis. Primo ex nobilita-
tis prærogatiua: nobiles enim immunes sunt a contributione one-
rum facienda cum plebeis tam communi iure, quam consuetu-
dine Delphinali, secundum Guid. Pap. decisi. 384. quæ incipit, sed
quid de nobilibus, vbi allegatur tex. in l. 3. §. j. ff. de mu. & ho. Et
pro eius sententia facit etiam tex. in l. non tantum, §. j. de excusat.
tuto. Secundo ex priuilegio, nam illustris olim Delphinus exe-
mit Ioannem auum præfati Baldesaris, & eius hæredes, & succes-
sores ex suo proprio corpore & legitimo matrimonio descendẽ
tes. Constat autem nepotes esse de descendentibus, † ex corpore
aui, secundum Bald. & Moder. in l. j. C. de conditio. inser. & in c. j.
§ filia, de succ. feu. ad fi. & Ludo. Rom. consi. 168. visis, loquentes
in fortioribus terminis. Dicunt enim ꝙ cõcessio facta sibi & aliis
ex suo corpore nascituris, etiam cẽsetur facta nepotibus ex filia,
quia in nepote est sanguinis continuatio, vnde immediatum di-
citur, quicquid per rerum naturam continuatur, quod maxime
verificabitur in descendentibus. Verum enim est omnes ex pro-
prio Corpore Adæ, & Euæ descendere, vt est glo. in l. nuptiæ con
sistere. ff. de ritu nupt. & docet Bald. consi. 141. punctus talis est,
quidam. lib. 5. no. glo. in §. ergo non omnes, Insti. de nup. Constat
etiam Illustrem do. Delphinum, etiam si superiorem recognosce-
ret, potuisse concedere immunitatem dicto Ioanni & descenden
tibus subditis suis, l. placet, C. de excusa. mune. li. 10. traditur per
Pan. in capitu. 2. colum. penul. de immu. eccle. per Alexand. con-
si. 30. ponderatis, lib. 5. ergo nihil uidetur proponi, quòd huius-
modi priuilegio aduersetur. Verum secundum ea, quę proponun
tur, arbitror Baldesarem nullo iure se posse a muneribus tueri,
non quidem ex prærogatiua nobilitatis, quia non cõstat ex actis,
2 quòd ipse sit nobilis. tenetur enim nobilitatem probare, † qui su-
per ea se fundat, secundum Bald. in capit. j. §. si rusticus. per illum
text. de pac. ten. & in l. non ignorat, columna j. C. qui accusa. non
possunt Socyn. consilio 246. eleganter & subtiliter, columna pri-
ma, lib. 2. quod insertum fuit inter consilia Curtii Senioris con-
silio 18. Quinimo ex productis per Baldesarem constat, quòd
originem trahit ab auo, barbitonsore quondam domi. Delphini,
quem constat non differre a mechanico, & plebeio propter artis
3 † vilitatẽ, l. j. C. de exc. artifi. lib. decimo, & l. ne quis, & ibi no. C.
de dignita. lib. 12. Nec dicatur, quòd barbitonsor Pricipis dicitur
habere dignitatem, cum etiam coquus Principis dicatur consti-
4 tutus in dignitate, secundum Bald. in rubrica de feud. Guardiæ,
& Ludoui. Roma. in suis singula. nec etiam dicatur barbitonso-
5 rem domini Delphini dici nobilem, quia assistat eius lateri, † iux-
ta text. in l. j. C. de præposit. laborum. lib. 12. ibi, quos nostri late-
ris Comitatus illustrat. per quem tex. dicunt Ang. & Ias. in l. om-
nium, C. de testa. quòd quicunque adhæret lateri Principis, dici-
tur nobilis. & idem tex. in l. j. C. de dome. & protecto. ibi, si his
honos non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni
sunt existimati. Quia ad ista omnia respondetur dupliciter. Pri-
mo, quòd iura quæ volunt domesticos Principis nobilitari radiis
6 sui domini, loquuntur in domesticis Imperatoris † & supremi
Principis: unde non recte protrahi possunt ad domesticos infe-
7 rioris, qui de iure non potest † aliquem nobilitare, ſm Bart. in l. j.
colum. 9. C. de dig. lib. 12. Et dato, ꝙ do. Delphinus non recogno
8 sceret superiorem, non tamen sequitur, ꝙ iura loquentia † de Im-
peratore, habeant locum in Delphino, in quo non est tanta maie
stas, quanta in Imperatore vt probat in simili Socy. consi. 275. in
causa fratrum, col. 2. vol. 2. post Imo. in l. infamen, ff. de iud. & con
stat exemplo stellarum, quarum splendor non æque lucet, sicut
splendor Solis. Secundo respondetur, ꝙ si de iure barbitonsor,
& coquus Delphini forent nobiles (quod vix crediderim) tamen
de consuetudine non reputantur nobiles, quæ consuetudo, & cõ
9 munis existimatio in hac materia est magis inspicienda † quã lex,
ſm Bar. in d. l. j. col. fi. & Pau. de Cast. in l. 3. de episco. andien. col.
2. & Soc. in d. consi. 265. col. 3. Et ꝙ barbitonsor Delphini non re
putetur nobilis, licet coniecturari ex impetratione priuilegii. Nã
si fuisset nobilis, frustra impetrasset priuilegiũ immunitatis a sub
sidiis Delphinalib. a quib. ſm mores patriæ nobiles nobiliter vi-
uentes sunt exempti, frustra enim precib. impetratur, ꝙ commu
ni iure conceditur, l. j. C. de thesau. lib. 10. Item, ꝙ non esset dictus
barbitonsor nobilis, constat ex tenore dicti priuilegii, in quo le-
gitur filium Regis Delphinum mandasse tribus statibus, vt pręfa
tum barbitonsorem describant in numero exemptorum, & non
soluentium, non autem mãdauit, quòd describerent in numero
nobilium. Tres. n. hominum sunt species, quæ solent in trib. sta-
tib. Delphinalib. describi, ecclesiastici scilicet, nobiles, & exem-
Proposita dubitatio mihi videtur admodum ardua, & difficilis. Et prima consideratione quilibet diceret, nihil videri posse
proponi, quare non idem est rūdendum in auia, licet enim lex Iustiniani, quæ est lex fin. C. de natura. lib. loquatur in auo, vt ostēdunt illa verba, nepotem habet auus quia tamen masculinū † con-
1 cipit fœmininum etiam in odiosis, si ratio sit rationale, l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omnium iudicum, l. tres fratres, ff. de pac. & no. in c. generali, de elec. lib. 6. & in cle. 1. de sepul. ideo videtur † ex-
2 tendenda ad auiam, & ita extendendam eam dicit Fran. Aret. in l. Gallus, § quod si is, ff. de liberis. & posthumis. Qua ratione est, quod in prole legitima conseruetur successio, & idem visus est velle Franc. Accur. in additio. quam facit ad dictam legem, in verbo, aperuimus. Contrarium, quod non procedat in auia, & sic quod auia possit hæredē particularem, & vniuersalem facere nepotem spurium ex filio legitimo, decidit Pau. de Ca. in d. § quod si is, colū. fi. Quia illa lex fin. est odiosa, & pœnalis, quia priuat auum ptāte
3 relinquendi bona sua nepotibus, ergo † masculinum non dēt cōcipere fœmininum, l. quicunq; C. de ser. fugi. pro quo facit, quod dicit Bal. in d. l. quicunque, vbi vult, quod statutum excludens auum paternum a successione nepotis extante patruo, non censetur excludere auiam maternam, quia statutum est odiosum, & non rationabile. idem ergo dicendum in casu nostro, quia dispositio dictæ legis fin. est odiosa odio irrationabili, cum puniat auum pro delicto sui filij, & nepotem pro delicto sui patris, secundum gl. ibi in verbo, extendimus. vbi autem vnus ponitur pro delicto alterius, masculinum non concipit fœmininum, l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiesta. & docet Bar. in l. 1. ff. de verb. sig. & Are. consil. 19. in facto vbi respondet, quod constitutio puniens rebelles, & socios, non censetur punire fœminas filias, quia est pœnalis, & odiosa odio irrationabili. Priuare autem auum facultate dispensandi de rebus suis, & nepotem iure succedendi, pœna est, l. deportatorum, C. de pœn. l. 2. C. de bonis proscrip. ca. quamquā, de vsuris, lib. 6. c. 1. de sepultu. eo. li. cum similibus, ergo &c. Secundo, quod dicta lex fina. non habeat locum in auia, probatur ratione (iudicio meo) incontinentibili, cui conceditur quod est plus, vnque concessum intelligitur quod minus est regul. non debet, de regul. iur. l. Marcellus, ff. de dona. cau. mor. c. cum in cunctis, de 3
electio. in princi. & c. per venerabilem, qui filij sint legiti. auiæ † au-
4 tem conceditur. quod possit hæredem vniuersalem instituere filiam propriam spuriam, si sit concepta ex coitu non accusabili, etiam extante prole legitima, nisi esset illustris, l. si qua illustris, C. ad Orfficia. & glo. & omnes notant, & firmat Specula. in titu. de successioni. ab intestato. § sed nunquid spurii. ergo debet sibi multo magis concedi, quod possit instituere hæredem particularem nepotem spurium ex filio legitimo, & ancilla soluta conceptum, in cuius nepotis conceptione nullam contraxit maculam, nec est quod ipsi auiæ possit imputari, sicut in conceptione filij spurii. Si enim ij spurij possent succedere huic testatrici ex testamento, si essent eius filii, non obstante macula contracta ex conceptione propria, multo magis debet ei posse succedere cum sint nepotes concepti absque macula ipsius testatricis, quod autem ij spurii non dicantur nati ex coitu accusabili, probatur, quia nati ex ancilla soluta. † Coitus autem cum ancillis, & fanticellis solutis non est accusabilis, nec punibilis secundum leges: Ang. in l. si vxor, per illum text. ff. de adulte. Mathæus de Vbaldis in tract. de successio. ab intesta. colum. fina. Anto. de Bur. in capitu. tanta, ad fin. qui filii sint legitimi. Cardinalis in capitu. cum deceret, de eo, qui duxit in matrimo. quam pol. per adulte. & comprobat per plura. Socin. in d. l. Gallus, § quod si is, & latius in consil. 108. Memini, lib. 1. cui se subscripsit Bartholomæus de Bartho. vt ibi latius habetur. Nec obstat, quod talis coitus sit pœnalis de iure canonico, quia est verum quantum ad forum spirituale, sed quantum ad hoc, quod filius prohibeatur succedere matri, & auiæ oportet quod sit natus ex coitu punibili secundum leges, patet, quia concubinatus est prohibitus de iure canonico, & punibilis in foro spirituali, & tamen nati ex eo concubinatu succedūt matri, & auiæ, d. l. si qua illustris, ergo requiritur quod coitus sit punibilis secundum iura ciuilia, alioquin nati † ex coitu quamuis
6 damnato, modo non sit punibilis secundum ius ciuile, succedūt matri, & auiæ, & ita tenet Matthæus de Vbaldis in d. tract. colum. 2. Anto. in capitu. lator, qui fil. sint legitimi. Pano. in d. capit. tanta, & sequuntur alij communiter, vt attestat Socin. in d. § quod si is, & in d. consil. 108. Ex quibus mihi videtur, quod valeat legatum factum per auiam istis nepotibus spuriis ex ancilla soluta, & ex filio legitimo & naturali conceptis. Non obstat auctoritas Francisci Accursii, & Are. tenentium opinionem contrariam, quia Accursius in d. l. fina. in verbo, aperuimus, loquitur in successione ab intestato, & ratio diuersitatis assignatur per Paul. de Castro in dicto § si is, quia nepotes spurii ex filio legitimo, & naturali præmortuo non possunt ab intestato succedere auiæ paternæ extante prole legitima, nisi ex persona patris sui. Sed ipsi
7 spurii, † stante prole legitima, non possunt succedere patri, d. l. fina. & Auchen. licet, C. eodem titulo ergo nec auiæ ex persona ipsius patris, quæ ratio cessat in successione ex testamento, quia ipsi spurii succedunt ex persona propria, & ex voluntate auiæ, non ex persona patris, & eius medio. Item respondetur, quod opinio Accursii, & Areti. procedit in nepotibus spuriis conceptus

ceptis ex coitu damnato,& punibili de iure ciuili, puta ex adulte
rio,vel incestu,vel alias ex tali coitu,ex quo non possent succede
re matri, vel auiæ, secus in nepotibus conceptis ex coitu non ac
cusabili,nec punibili, quia ti possunt succedere matri etiam stan
te prole legitim i ergo multo magis auiæ, quæ ratio cessat in auo
paterno, quæ stante prole legitima non potuisset quicquam re-
linquere ist s,si essent filij sui etiam ex concubina,d.l.fi.& d.auct.
licet,& ex hoc tollitur fundamentum Aretini, quod sit facienda
extensio de auo ad auiam ex identitatis ratione, l. filium habeo,
8 ff.ad Macedo.quia non est par ratio,immo longe† diuersa, ergo
etiam erit diuersum ius,l.interpositas,C.de transact. confirman-
tur præmissi, quia dispositio d. legis fin. est correctiua iuris anti-
qui,vt probatur in d.l.fina.in verbo, extendimus, quod est noui
iuris promulgatiuum,capit.final.& ibi nota.ne cler. vel mona.Et
etiam probatur ratione,quia ratio iuris antiqui, vt vitium pater-
num refrenetur, cessabat in auo, qui non est in vitio, & qui
pro filio puniri non debebat,l.1.& per totum,C.ne fi.pro patre.
9 Cum igitur sit correctoria,ergo restringenda, vt minus corrigat
quam sit possibile,l.2.C de noxa.l.j.C.de inoffi. dot.nam in cor-
rectoriis,non est licita extensio,etiam ex rationis identitate,auct.
quas actiones,C.de sacrosanct.Eccle.& nota.in l.si vero, §.de vi-
ro, ff.soluto matrimo. sequor itaque opinionem Pauli de Castr.
hoc casu quod isti libere possint succedere auiæ paternæ,ac si es-
set eorum mater Odofred.Albe.& Cy.& Ang.in d.l.fin.Alexan.
cono.139.Eleganter fuit consultum,lib.1.& videtur sōis, & vera
sententia, a qua in iudicando temerarium foret discedere, l.fina.
C.de pœna iud.qui male iud.& traditur per Barto. in l. cum pro-
latis,ff.de re iud.ex quibus apparet legatum factum nepotib.spu-
riis non vitiari defectu potestatis,non etiam vitiatur ex eo, quod
testatrix non declarauit,qualiter esset exsoluēdum legatum, pro
ut enunciauerat se facturam, vt sonant illa verba, iuxta declara-
tionem quam faciet,quia defectus † conditionis,vel demonstra-
tionis de futuro,dependentis a voluntate testatoris,non vitiat le
gatum , sed perinde est ac si adiecta non foret aliqua conditio,
vel demōstratio,& sic legatum remanet purum,l.cum pater, §.fi-
na.vbi casus, ff. de legatis secundo. & l. si quis ita scripserit, ff.de
hæredib.institien.instituno,ff.de condi.institu. l.penulti.vbi late
per scriben.C. de insti.& substitu.& quia dubitatio ita decisa re-
pentur per dicta iura,fatuum esset super ea amplius dubitare,l.an
cillæ,C.de fur.

Laus Deo.

Ita iuris esse cense ego Ioannes Franciscus de Ripa, Papien-
sis Iureconsultus,& in fidem me subscripsi, saluo semper sanio-
ri iudicio.

Commu.de leg.

RESPON. I.

LIcet Ingēs sit inter Doctores altercatio,an auc.res
quæ;C.communia de lega.vendicet sibi locū
in dote constituta, & soluta post grauamen iniun-
ctum, & post mortem testatoris. Verum quia dos
dupliciter considerari potest,ideo respondi dictam aucten.in do-
te confessata locum sibi non vēdicare,quia huiusmodi confessio
in fraudem facta præsumitur, sed si dos vere tradita fuerit, tunc
etiam distinguendum puto,nam si mulier fideicommissum igno
rauerit, dotis fauore mulieri subueniendum esse respondi ,
si vero sciuerit, quædam collusio inter coniuges contracta cen-
setur.

SVMMARIVM.

1 *An auth.res quæ,C.commu.de leg.vendicet sibi locum in dote constituta,et soluta post grauamen iniunctum,& post mortem testatoris,*

Qui veritas est,me in viam dirigat veritatis.

Respon.interpreta.

PVlchra. Et subtilis proposita est dubita-
tio,An authē.res quæ,C. com-
munia de lega.procedat in dote constituta,&
soluta post grauamen iniunctum , & mortem
testatoris?Ioan.de Ana.consi.61. Visis,& con
sideratis,respondet ꝙ sic,& sequitur ibi Bolo-
gni.in addit. & idem respondet Paul.de Castr.
consi.15. Circa ea,quæ superius, in prima parte, & hanc senten-
tiam amplexus est Ioannes Crotus in l.filiusfamilias, §. Diui, in
pen.char.ff de leg.i.per textum in Authen.de rest.& ea, quæ pa-
rit in vndecimo men.vbi textus dicit, non esse iustum mulierem
ignorantem bona mariti subiacere restitutioni, decipi, & dote
sua defraudari. Contrariam opinionem tenet Ang.in d. Aucten.
de restitu.& ea quæ parit,& Ias.in d.aucten.res quæ, quia maritus
grauatus facilimè poterit eludere grauamen , si dixerimus eum
posse obligare bona restitutioni subiecta pro dote restituenda.
Ego in hoc puncto donsideranda puto plura.Primo,an dos con
stituta post grauamen fuerit confessata.an realiter tradita, primo
casu procedat opinio Angeli & Ia. quia talis confessio præsumit
facta in fraudem fideicōmissi,& ita determinat Bal.No.in tract.
de dote,in 6 parte,priuilegio 13.& vltra adducta per eum probat
quia pro augmento dotis, & donationis propter nuptias nō po-
test diminui fideicommissum, quia augmentum præsumitur fa-
ctum ad circumueniendum,§ sancimus,in Authē.restitutio.& ea
quæ parit,& ibi glo.& Ang.idem dicunt in dote confessata, ꝙ in
augmento.Secundo casu, aut vxor tempore dotis traditæ ignora
bat fideicommissum,& tunc succurrēdum puto mulieri,ne igno
rantia illi iacturam afferat,& ita loquitur tex.in d.Auct. de restit.
§.j & hoc fauore dotis,l.i.ff.sol.matri. Nam alias imputaretur cō-
trahenti cum alio,si non explorauit eius conditionem,l.qui cum
alio,ff.de reg.iu. Aut sciebat,& casus iste est apud me valde dubi
tabilis. Nam data scientia,non potest vxor dici decepta, l. i. §. vs-
que adeo,ff.de iniu.Et data scientia,videtur inter maritū, & vxo-
rem facta quædam collusio in fraudem fideicommissi.In contra
rium facit,quia conceditur marito pro donatione pp nuptias di-
minuere fideicommissum,si legitima non sufficiat,dicta authen.
res quæ,quæ donatio est pro dote concedenda, ergo etiam pote
rit diminuere pro dote restituenda,sed quia nō credo, ꝙ Ioannes
Gruualolus fideicommissarius possit probare scientiam auiæ
nunc aliter non decidam.

Ita vt supra conclusum est,iuris esse respondeo ego Francis-
cus de Sācto Nazario,alias de Ripa,I.V.D.& in fidem subscrip-
si,saluo saniori iudicio.

De præscrip.xxx.vel xl anno.

RESPONSVM I.

SVffredus de Alborosso, hæres Magra-
dæ,ex capite minoris ętatis re
stituendus nullo iure videtur aduersus præscri
ptionem supplementi legitimæ dictæ Magra-
dæ debitæ , eo quia dicta præscriptio contra
Magradam maiorem inchoata fuit, minusq;
etiam ex capite ignorantiæ restitui potest, quia
ignorare supplementum legitimæ deberi,est iuris ignorantia, q̄
non admittitur,quare legitimę ex aduerso prę scriptum videtur.
Verum cum proscriptio ipsa ab eadem Magrada tam ex opposi-
tione eiusdem in proclamationibus facta q̄ etiam ex proposita as
sertione iuris sibi competentis in bonis paternis interrupta fue-
rit,ideo præscribentibus non patrocinatur. Nam post multas dis
ceptationes tandem receptum est, etiam actionem personalem
nullo vnquam tempore cum mala fide præscribi posse , quare
cum ipso iure supplementum legitimæ debeatur, Stephani hæ-
redes non tantum ad supplementum legitimæ debitæ tenen-
tur , sed ad fructus ex eo perceptos teneri summo iure sanci-
tum est.

VMMARIVM.

1 *Prȩscriptiō inchoata contra maiorem currit etiam minorib.hȩredibus sine spe restitutionis in integrum.*
2 *Aduersus prȩscriptionem datur restitutio ex capite probabilis ignorantiȩ.*
3 *Ex præscriptione xxx.vel xl.anno.tollitur omnis actio personalis,non currit huiusmodi prȩscriptio non petentis negligentia,& ideo odiosa vocatur.*
4 *Prȩscriptio interrupta prȩscribentibus non prodest.*
5 *Exceptio seu petitio generalis,sufficit ad interrumpendam prȩscriptionem, 30.annorum,*
6 *Actio personalis cum mala fide nullo vnquam tempore prȩscribitur.*
7 *Vti possidetis titulus ipso iure tollitur, possidens ad rem restituendam cum fructib.tenetur.*

Respon. interpreta.

DVbitabilis prima facie mihi visa fuit præmis
sa elegans ꝯsultatio domini mei,
domini Leonardi,quia præscriptio inchoata erat con
tra Magradam maiorem , & finita cum hæredib ma-
1 ioribus,quo casu currit præscriptio sine † spe restitutionis in inte
grum ex capite minoris ætatis,l.etiam , la 2. cum ibi plene tradi-
tis per Bar.& alios,in l.Aemilius,ff.de mino.& sic ex capite mino
ris ętatis Suffredus de Alborosso non videtur restituendus ad-
uersus præscriptionem. Non etiam ex capite ignorantię, quia ad
uertendum,ꝙ licet Bar.in l.j.§.si quis autem, ff. de itine. actuque
priua.& in d.l. Aemilius,& in l.cum filiusfam.§.in hac,ff.de verb.
obl.Alc.consi.51.omnipotentis inuocato suffragio, lib. v.Fely.in
ca.

appella. In casu vero præmisso, nec apparet quòd dictus Episcopus modernus, vel sui antecessores vnquam prohibuerunt: & minus apparet quod prędicta communitas Lurii acquieuerit, ergo bene conclusum fuit, quod prædicti homines si retroactis temporibus decoxerunt eorum panes ad dictum furnum, quod id fecerunt iure facultatis, & non seruitutis, & illa conclusio clarior remanebit, si supra in contrarium allegata de medio tollantur. Non obstat igitur, dum supra primo loco dicebatur, quod per transactionem apparet, quod dicti homines prohibitioni acquieuerunt, quia istud expresse negatur. & pro responsione sciendum est; quod nos non debemus dicere, quod instrumentum non exprimit, secundum Bal. in l. ad probationem, C. de probatio. & dum dicitur, quod per transactionem super iuribus d. furni, fuit recessum a lite, ergo acquieuerunt homines prohibitioni. respondeo verum esse super eo, de quo fuit transactum, non
5 de alijs, de quibus nihil dicitur in † transactione, l. si certa, C. de transact. & ibi no. Sed in transactione solum recognoscunt se consueuisse soluere quadragesimam, & ligna, non autem quod teneantur ire ad coquendum, ergo ex hoc datur intelligi, quod sola erat controuersia super solutione, quia forte prædicti homines detrectabant, seu recusabant velle quadragesimam soluere quando ibant ad coquendum ad dictū furnum. & contrarium prætendebat dictus Episcopus, & super hoc fuit transactum. Ad secundum respondeo quod ista consequentia, confiteor consuetum soluere pro decoctione panis quadragesimam, ergo confiteor me consuetum ire ad coquendum; in sensu explicito est vera, sed in sensu implicito non est parissima: quia non sequitur, fateor me teneri ad quadragesimam pro decoctione, ergo fateor me obligatum venire ad coquendum: ostendit falla-
6 cia per instantiam, nam ad tollendum consequentiam † sufficit dare instantiam, §. pauonum, Instit. de rer. diui. gloss. in capitulo, sicut vegeri, prima quęstione prima. & in l. si creditores, ff. de priui. credito. Datur autem instantia manifesta, nam transeuntes per pontem Rodani consueuerunt soluere certam summam, vel pro transitu, vel pro qualibet salma mercium, & istud fatentur, quia hactenus transiuerunt: nō tamen sequitur, quod fateantur se obligatos venire ad transeundum per dictum pontem, imò salua sibi est libertas eundi alio, quo velint. Ita ergo in præsenti casu salua erit libertas dictis de Lurio eundi ad coquendum quo velint pro libito voluntatis. Ad vltimum respondetur, quod procedit data possessione tanti temporis, cuius initij memoria non reperitur, Sed in casu nostro negatur quod vnquam Reuer. Do. Episcopus fuerit in quasi possessione, quia talis possessio incipit tempore, quo prohibitus acquieuit prohibitioni, de qua prohibitione, & acquiescentia non apparet, & ideo Cæpo. & omnes, in casu nostro concludunt, quod etiam per mille annos non posset præscribi seruitus eundi ad furnum, vel molendinum, nisi prohibitus semel prohibitioni aquiescat, ita respondet etiam Alb. in l. secunda. §. denique, ff. de aqua plu. arcenda. Laus Deo.

De præscrip. actio. perso. ad dotem.

RESPONSVM I.

Licet ex sententia Host. Bar. & adhærentium, actiones personales cum mala fide præscribi possint, cum id creditoris negligentia contingat, tamen cōmunis opinio eisdem refragatur, quæ & verior videtur, tum quia iura canonica manifeste huiusmodi præscriptionem negant de æquitate, nam generaliter negatiue loquuntur, non habito discrimine præscriptionis, & quorum ratio generalis est, quæ sine iniuria restringi non potest, & præsertim in proposita quæstione, in qua Domin. Petrus Gaufredi, qui præscriptione vtitur, certo die in obligatione expresso soluere promisit, & iurauit. quare cum sit in mora, nemine discrepante actionem dotis propositam nullo iure præscripsisse potuit, ne commodum ex culpa consequatur. Nullo pariter iure Antonius filius & hæres domi. Petri præscriptione huiusmodi vti potest, etiam si ex persona sua præscripsisse asseueret: nam mala fides defuncti, post plures Doctorum sententias, hęredi nō prodest.

SVMMARIVM.

1 *L. omnes, & l. cum notissimi, C. de præscriptio. xxx. vel xl. anno. ex communi sententia Legistarum, Canonistarum, ac Theologorum de iure canonico corriguntur.*
2 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
3 *Vbi est eadem ratio, idem ius statui debet.*
4 *Ratio in l. expressa, etiam in correctorijs extenditur ad casus sub ea comprehensos.*
5 *Actiones personales de iure pręscribi an possint, & ibi uide quomodo procedat.*
6 *Mala fides defuncti non nocet hæredi inchoanti præscriptionem ex persona sua secundum Dy. & sequa. & uide nu. 7. & 8.*
9 *Hęres tenetur exonerare animam defuncti, quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

Respon. Interpreta.

Dubia super quibus peritissimi hincinde Aduocati allegarunt, subtilia sunt, & disputabilia, & quam partem vellem, maximis authoritatibus, & efficacissimis rationibus disputando tueri possem; sed quia in iudicando tenemur communem opin. sequi Doctorum, l. prima. ff. de offi. Quæsto. capitulo, nouimus, de verbo. sign. c. de inducijs, 2. quęstione. 3. Ego nec debeo, nec soleo a communibus sententijs discedere, alias fatuus reputarer: quia nimis imprudens est qui consulit contra communem secundum Alc. consi. 33. in fi. libro primo. Cur. senior consi. 69. ver. 11. dicunt. paria. n. sunt iudicare contra legem, & contra communem opinio. secundum Bar. in l. cum prolatis, ff. de re iudica. & in l. pe. de pęn. iudic. qui ma. iudica. paucis, itaque disputatione omissa, consultationi respondebo. Dubitatur primo, an actio personalis ad dotem competentes præscribi potuerit spatio longissimi temporis ad Petro Gaufredi, qui sciebat se debere, & qui iurauerat soluere dictam dotem certo conuento termino. Secundo, posito quod propter malam fidem ipse do. Petrus præscribere non potuerit, an d. Antoninus filius & hæres, inchoando præscriptionem in personam propriam, potuerit præscribere non obstante mala fide patris & authoris sui. Circa primum dubium, Barto. lumen iuris Ciuilis, in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. & ante eum Hostien. in Summa, de pręscriptio. §. quæ res, tenent quod actiones personales cum mala fide pręscri-
1 bantur, iuxta l. omnes, † & l. cum notissimi, C. de præscrip. 30. vel 40. anno. quæ secundum eos non corriguntur per ius Canonicum, quia regula, possessor malę fidei, de reg. iur. in 6 & capitulo finali. de pręscrip. loquuntur in possessore malę fidei, & sic in pręscriptione, quę causatur ex possessione: secus in pręscriptione, quę currit solum ex negligentia non petentis vt in pręscriptione actionum personalium, in quibus ex parte pręscribentium nulla est possessio, l. secunda. ff. si cer. pet. sed pręscribit propter negligentiam creditoris, vel potius creditor perdit, quam debitor præscribat, vel etiam quia potuit do. Petrus cogitare, quod creditor dotem voluerit sibi donare, aut maiorem gratiam in expectando facere, ex quo non petijt sibi solui. arg. c. 1. de commo. & in l. commodato, §. sicut, ff. commo. & ideo si creditor differt petere per tantum tempus, quod sit completa pręscriptio, videtur potius quod sit imputandum suę negligentię, quam facto debitoris, & per istas rationes quamplurimi tenuerunt cum Bart. & Host. & maxime Soc. in consi. 213. lib. secundo. allegatas per do. Bordinum, pręstantissimum Aduocatum, & secundum opi. Bart. pluries consuluit Philip. Cor. vt referunt Mod. Taurinen. in suo pręstanti tractatu pręscri. quęstione. 13. tertię partis. & maxime consi. 277. ad euidentiam, lib. 4. Sed contrariam opi. quod correcta sint iura ciuilia etiam quo ad pręscriptionem actionum personalium, vt non possit pręscribi cum mala fide, tenent glo. Inno. & *communiter* Can. in d. c. fi. contrarium etiam tenet Ang. Lud. Rom. & Imo. in d. §. si viam, Bal. in l. prima. C. de serui. & aqua. & in authen. ad hęc, C. de vsur. hanc etiam opinionem dicit communem Fel. in d. c. fi. allegat Pet. de Anch. Ant. de Butr. & Alex. sępius ita consuluisse. hanc etiam opinionem tenent omnes Theologi, vt refert Alex. consil. 51. videretur pro decisione, lib. 5. vbi & ipse sequitur, & lato ore testatur, ab ea (vt pote a communi & vera sententia) non esse discedendum, secundum istam opinionem etiam consuluit Fulg. & dicit communē; pariter etiam consuluit Rapha. Cu. consulueruntque plures alij, quos referunt, & sequuntur Taurine. in d. tractatu, quęstione 103. 3. partis. & vltra eos reperio quod idem consuluit Bal. consi. 386. quidam M. decessit, libr. 5. vbi tandem concludit, quod secundum æquitatem & conscientiam, etiam actiones personales cum mala fide præscribi prohibentur. idem voluit Pa. consi. 14. circa medium libro. 2. & ita etiam consuluit Imo. consi. 46. in casu præmisso. & omissis auctoritatibus, pro hac sententia videtur casus in d. c. fi. vbi generaliter dicitur, quod nulla tam Canonica quam ciuilis absq; bona fide valeat præscriptio, quia omne quod non est ex fide, peccatum est. ponderandum est, quod tex.
2 ille generaliter † loquitur, nec distinguit inter actiones reales & personales, ergo nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de publi. & eo maxime, quia tex. vtitur vniuersali propositione, videlicet nulla præscriptio, ergo nec etiam præscriptio actionum personalium. dictio. n. nulla, omnem præscriptionem includit, lege. nullam, C. de infam l. nulli, C. de iudi. Item ponderanda est ratio, quia omne peccatum est, quæ ratio non minus militat in personalibus quam in realibus. ergo etiam militabit disposi-
3 tio, † l. illud, ad leg. Aqui. ff. Nec obstat vna responsio, quæ datur ad illum text. per eos, qui tenent, quod ille tex. loquitur in præscriptione rei alienæ. Quia qui pręscribit actionem personalē

alteri competentem, satis dicitur præscribere rem alienam, cum
rei appellatione etiam actiones personales comprehendantur,
secundum gl. in l. prima. ff. de statu homi. est n. rei significatio genera-
lissima, l. 1. in fi. ff. si cert. pet. & l. rei appellatio, ff. de verb. signi. &
dato quod ille text. loqueretur in præscriptione câta ex possessio
ne rei alienæ, tamen ratio peccati, super qua se fundat ille tex.
militat etiam in præscriptione actionum personalium. vnde cum
4 ratio sit expresse in lege, etiam in † correctoriis fieri debet extē-
sio ad casus sub ratione comprehensos, secundum Bal. & Mod. auct.
quas actiones, C. de sacrosan. eccles. per tex. in l. his solis, C. de re-
uo. dona. & l. cum mulier. §. primo, ff. solu. ma. & etiam vbi agitur
de peccato vitando in correctoriis, licita est extensio fauore ani-
mæ secundum Bar. in auct. sacramenta puberum, C. si aduer. vēd.
Io. And. Aret. & Pan. in c. ex tenore, qui filij sint legi. Ias. in d.
auct. quas actiones, Fel. in c. translato, col. vj. de consti. & posito,
quod opi. Bart. & Host. esset vera ea ratione, qua mouetur Host.
& clarius Cor. in allegatis consiliis, quia debitor non potest dici
in mala fide, neque in peccato, ex quo nunquam fuit interpella-
tus, & quia si non interpelletur, videtur retinere debitum ex vo-
luntate creditoris, quo casu argui non potest de peccato: tamen
in casu nostro non potest ista opi. procedere, tum quia dies est ap-
posita in obligatione, quæ habet interpellare & constituere debi
5 torem in † mora, l. magnam, C. de contrah. & com. stipu. l. si ex
legati causa, ff. de ver. obl. tum quia do. Pet. debitor iurauit certo
die soluere, & iuramentum habet vim interpellationis, vt tradi-
tur late per Mod. in l. quod te, ff. si cer. pe. probatur in l. quis ma-
ior, C. de transact. peccat. n. grauiter, qui fidem iuratam non ser-
uat, & per totum tit. de iureiu. & ratione huius peccati non po-
test præscribere. Ita se ipsum declarat Host. in d. §. quæ res, Pan.
in d. c. fi. Soc. in alle. consi. 203. & idem in eo, qui non soluit die
conuenta, licet non iurauerit, voluit Pan. in d. c. fina. quia Deus
non facit differentiam inter iuramentum & simplicem loque-
lam, c. iuramenti. xxij. q. v. procederet ergo opi Bar. & Hosti. cō-
ter tamen (vt dixi) ab aliis reprobata, in debitore non existente
in mora soluendi, secus in debitore constituto in mora, cui sua
mora prodesset si præscriberet, quod non est dādum, l. non fraudā-
tur, §. nemo. ff. de reg. iur. l. mora, de reg. iur. in vj. & nemo debet
ex sua culpa cōmodum reportare, l. itaque fullo, ff. de fur. Circa
secundum, tres reperiuntur principales opiniones. Prima opi. fuit Dyni
6 in reg. possessor, de reg. iur. in vj. quod † mala fides defuncti non
nocet hæredi inchoanti præscriptionem in personam suam, secundum equi
tatem canonicam, licet rigor iuris ciuilis contradicat, l. cum hæres,
ff. de diuer. & temp. præsc. Istam opi. sequitur Bar. ibi, & in l. vitia,
C. de acq pos. & Io. And. in reg. cum quia, de reg. iur. Ang. in l. 2.
C. de præscrip. lōgi tempo. & secundum hanc opi. consuluerunt Pau.
de Ca. Cor. & Ale. sibi contrarius, vt referunt Mod. Taurinen. in
d. tract. præscrip. Ias. in l. Pomponius, §. cum quis, de acquiren. po.
& vltra eos reperio, quod idem consuluit Bal. consi. 180. præsup-
positis verbis, lib. 1. Secunda fuit opin. Bal. distinguentis in l. eum,
qui. §. in hac, ff. de pub. & in l. nihil, C. de vsuc. pro hæ. videlicet,
aut quæritur de præscriptione, in qua requiritur titulus, & sic in
7 præscriptione x. vel xx. anno. & tunc † mala fides defuncti nocet
hæredi etiam volenti inchoare præscriptionem ex persona sua, &
ita procedit d. l. cum hæres, quia text. necessario debet intelligi in p-
scriptione lōgi temporis, cum præscriptio lōgissimi temporis nō
esset cognita de iure Digestorum, secundum gl. in l. Iulianus, ff. ex quib.
cau. maio. aut non requiritur titulus, & tunc secus. & istam distin-
ctionem facit etiam gl. in d. reg. cum quis, sequitur Aret. in d. §.
cum quis. & hanc distinctionem approbat Socy. consi. 203. lib.
3. Cor. consi. 176. ad euidentiam, lib. primo. Tertia fuit opinio
Ant. quem ibi sequuntur Imo. Pan. & Fel. in c. si diligenti, de præ
8 sc. quia indistincte mala fides † auctoris etiam in actionibus per-
sonalibus nocet hæredi, vt non possit inchoare præscriptionem
ex persona sua, hanc sequuntur Lud. Ro. Rapha. Cum. Alex. &
Ias. in d. l. Pōponius, §. cum quis. vbi Ias. attestatur istam esse ma-
gis *communem* sententiam Doct. & veram, & eam etiam dicit approba-
ri fere ab omnibus Fel. in d. c. si diligenti, & secundum hanc ra-
tionem consuluerunt Lud. Ro. Pan. & Ale. in variis consiliis re-
latis per Ias. in d. §. cum quis, & per Taurinen. in d. tractatu. & vl-
tra eos reperio secundum istam sententiam vltimo loco consuluisse Soc.
attestautem istam esse veram & communem, ideo ab ea non esse
recedendum. ita Soc. consi. 106. libenti animo, lib. 3. fundamen-
9 tum huius communis opi. est, quia † hæres tenetur exonerare ani
mam defuncti, c. si. de sepultu. c. in literis, de rapt. Et istud funda-
mentum verissimum apparebit, si sustulero responsionem illi ac
commodatam per Aret. inquit. n. Are. quod hæres præscribendo
releuat animam defuncti, quia præscriptio habet vim solutionis
l. si pupillus, ad fi. ff. de admi. tut. Ista certe fictio non procedit ex
conscientia, sed ex subtilitate ingenii, ficte. n. satisfacit, qui præ-
scribit, quia habet exceptionem præscriptionis, quam potest obii
cere, ita cãtat litera in d. l. si pupillus. Sed anima defuncti ex obie-
ctione præscriptionis, & ex hac ficta solutione, respōdeat mihi
Are. an liberetur a peccato? fateretur quidem, si posset nobis-
cum loqui, eam non liberari, quia non remittitur peccatum, ni-
si vere restituatur ablatum, quando datur facultas restituendi,
& satisfaciendi, regula, peccatum, de regulis iuris. in 6. & si for-
te dicatur, quod imputatum est creditori, qui passus fuit hære-
dem ex persona præscribere, & non defuncto, aduertat qui hoc
velit astruere, quod defunctus in culpa est, qui dedit causam hæredi, vt
præscriberet; vnde cum ipse fuerit causa causæ, censetur etiam causa præscriptionis
causæ, l. manumissiones, ff. de iusti. & iur. vnde forte in isto puncto
posset distingui, aut defunctus antequam moreretur erat in mora,
& tunc quia mortuus fuit cum peccato propter morā nō soluēdo, procedat
cōis opinio, quod hæres nō pōt præscribere etiam ex psona sua, cum tenea
tur animā defuncti releuare. Aut defunctus nunquā fuit in mora,
& procedat opinio Bal. quod possit hæres ex psona sua pscribere cum
bona fide spatio lōgissimi tpis. & hoc mō cōcordabūtur opinio
nes Doct. Cum igitur d. Petrus fuerit in mora, vt psupponitur in alle-
gationibus clarissimi d. Gratia. Ideo in eius sniam cōcurro, & te-
neo quod hmōi præscriptionis exceptio non sit admittenda ad impe
diendam litis contestationem, sed nec ad perimendam intētionē
nobilis Alzani & consortū Burgundionum. Laus Deo.

De senten. & re iudi. super poss. & an ab ea liceat appel.

RESPONSVM I.

ALlegatio suspecti iudicis adeo eius iuris-
dictionem afficit, quod snia post
allegationem suspecti lata sit ipso iure nulla,
& secundum iuris ciuil. regulas simplex iudicis recu
satio eius iurisdictionem afficit, licet aliqua su
spicionis cā nec deducatur, nec probetur, nā per
simplicem recusationē dubius redditur iudex.
Licet a snia super mero possessorio lata de iure ciuili appellari
non possit, tamen si iniqua euidēter appareat, quis inficiaturus est ap
pellari nō posse? quæ etiam (nemine discrepāte) nulla dici pōt, & ma
xime sentētia, de qua agitur, quæ interlocutoria est, a qua appellare
licere receptum est. Cum Berengarius substitutus simili ac po-
tiori titulo vtatur quam institutum, dubiū nō est eundē se legitime op-
ponere posse missioni in possessionem fiendæ ex edicto diui A-
driani, attēto quod institutus est incapax ad succedendum, & subla-
to primo gradu institutionis testamentum vires a secundo gradu assume
re indubitati iuris est: nam quilibet, cuius interest, legitimus dici
tur contradictor, si de agentis persona legitime non constet. qua
re non appareat, an Claudius sit illemet, de quo contenditur, &
an etiam legitimatus sit, constet autem ipsum spurium esse, & cō
sequēter inhabilem ad succedēdum, dicēdum est Berengarium
quo ad exceptiones, quæ ad personam actoris opponuntur, mix-
ta consideratione personæ legitimum contradictorem esse. Nec
asserta legitimatio per ipsum Claudium eidem vllo iure prodes-
se pōt, cum legitimatio ex falsa cā, & per surreptionem obtēta, ac
impetrata fuerit, & in ea circumuentus fuerit legitimans; quare
de iure subsistere non potest, quæ etsi valida foret, nihilominus
cum agatur de emphyteusi ecclesiastica, communis est scriben-
tium schola in hmōi emphyteusi legitimatum spurium nullo iu
re admitti posse, licet pro se & filiis suis, vel pro se & hæredibus
quibuscunque, quibus sors dederit, suscepta sit: nam ad spurios
& reprobos hæredes hmōi concessio non permittitur, & quo-
rum conceptui resistit ecclesia. iure ergo potuit Berēgarius mis-
sioni in possessionem fiendæ se opponere ac contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post allegationem suspecti iudicis, est ipso iure nulla.*
2 *Iudex certus esse debet suæ iurisdictionis.*
3 *Licet a sententia super mero possessorio de iure ciuili appellari non possit nulla tamen dici potest. & vide nu, 4.*
5 *Ab interlocutoria meri possessorij appellari potest.*
6 *Expressa pupillaris continet tacitam vulgarem.*
7 *An vitiato expresso tacitum vitiari sit necesse. & vide nu. 13.*
8 *Substitutus instituto potior, legitimus est contradictor ad impediendam missionem in possessionem.*
9 *Sublato primo gradu institutionis, testamentum assumit vires a secundo.*
10 *Quæ requirantur ad probandam legitimationem.*
11 *Persona petentis se mitti in possessionem plene legitimari debet.*
12 *Exceptiones dubiæ non dicuntur, si ex apertura librorum & instrumentorum probari possunt.*
14 *Spurij largo sumpto vocabulo, naturales recte appellari possunt.*
15 *An asserenti se filium incumbat onus probandi, & ibi vide an nominatione probetur filiatio.*
16 *Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*
17 *Ex identitate nominis identitas corporis præsumitur.*
18 *Infans an legitimari possit.*
19 *Legitimatio ex falsa causa facta nullius est momenti. & quid de surreptitia, vide num. 20.*
21 *Dictio, tunc, iuncta verbo præteriti temporis, est abnegatiua præsentis.*
22 *Spurius legitimatus an succedere possit in emphyteusi ecclesiastica, & vide num. 23.*

In con-

24 *In contractibus & statutis ecclesię, appellatione filiorum non veniunt ij, quorum conceptui resistit ecclesia.*

Respon.interpreta.

PRosequendo Ordinem propositarum dubitationum, paucis vt decet, consultationibus respõdebo. Circa primum dubium: an sententia lata per iudicem recusatum, sit ipso iure nulla possem plura scribere, sed quia articulus tritus est, & notissimus: decisiue procedam sequendo cõmunem opinionem. Respondeo itaque sententiam post proposi
1 tam exceptionem recusationis latam, †esse ipso iure nullam, quia statim q iudex allegatur suspectus, eius iurisdictio affecta remanet, l.1.C.si quacun.prędi.potest. per quam legem ita determinat Bat.& Imo.& Alex.in l.quia poterat, ff.ad Treb.& fuit originalis opi.glo.in c.quoties, el j.2.q.6.sequuntur Host.& Io. And.Card. Pan.& Pręp.in c.cum speciali, de appel. Gemi.& Pet.de Anch.in c.iudex, de offi.dele.lib.6.Sal.in l.apertissimi, C.de iud.& in auct. offeratur, C.de lit.conte. Bal.in c.suspicionis, de offi.dele.& in d. c.cum speciali, vbi aliam rationem adducit, nam proposita recusatione, iudex redditur dubius de sua iurisdictione, ergo proces-
2 sus factus ab eo non valebit, quia † iudex debet esse certus de sua iurisdictione, l.quæro, in fi.ff.de eo, qui pro tuto.tradit Barto.in l. multum interest.ff.de condi.& demon. probatur in c. delegati, in princ.de offic.delega. & secundum istam opin. consuluit Pau.de Cast.consi.a31.visis actis, circa principium, in j. parte. Ludo.Ro. in consi.230.circa primum.& plenissime Alexan.consilio 89.diligenter consideratis, lib.j.nec discrepat Dec.consilio 175.in causa falsitatis, colum. j. & ista opinio est absque dubio vera de iure ciuili, quia secundum iuris ciuilis dispositionem simplex recusatio afficit iurisdictionem iudicis, absque eo q deducatur, & probetur aliqua suspicionis causa, vt no.per glo. & alios, in d.l. quia poterat, & ibi per hanc rationem ita tenet Lud. Roma.qui etiam ꝯsulẽdo tenuit idẽ in ꝯsi. 192. circa primũ ꝯsultationis articulũ. & idem ante eum tenuerunt Matthe.in c. insinuante, de offi.dele.& Imo.in d.c.cum speciali, & in l.quidam ꝯsulebãt, ff. de re iu. ex quo apparet, q opinio Inn.& sequaciũ non retragatur, tum quia *communis* est in contrariũ, tum quia illa procederet de iure canonico, & in terris ecclesiæ, non in his in quibus seruatur ius ciuile. Item non procederet in casu, in quo per statutum proposita recusatione transfertur iurisdictio in alterum, vt proponitur in casu isto ſm eundemmet Inn. in d.c.insinuante, qui ita responderat ad l.1. C.si quacum.prædi.pot.vt ibidem voluit Bal. sequitur Ange. & ibi refert Alex.in d.l.quia poterat, Imo.& Mod.in d.c.cum speciali. Ad ſm rñdeo, q licet a sentẽtia lata super mero possessorio
3 non possit † de iure ciuili appellari ſm magis *communem* opinio. Doctorum ita intelligentium, l.vni.si de mom.poss.C.tñ potest dici nulla, ſm Bal.in d.l.vni.quem sequitur ibi Sal.& licet Sal.dicat esse verum, si nullitas simpliciter proposita fuerit, secus si additum sit, & si qua sit, appello: tñ opinio Sal.in hoc vltimo cõiter reprobatur, vt late ostendit Alex.consi. 2.lib.3. & Ias.in l. Titiæ textores, §.j.ff.de leg. j. vbi ipsi concludunt sententiam super possessorio posse dici nullam, nec propositionem nullitatis vitiari, licet additum sit, & si qua sit appello, rõnibus adductis per eos, quas non refero, ne frustra transferatur charta in papirum. & q sententia lata in possessorio adipiscendæ virtute l.fi. C.de edic.diui adr.tollen.possit dici nulla, tenent Alex. & Moder.in d.l. fi. & est ipsa ueritas, quia a sententia super mero possessorio euidenter
4 † iniqua licet appellare, etiam de iure ciuili, secundum Bal. in d.l. uni.quem sequitur Alex.in l.4.§.condemnatum, ff.de re iud.ergo etiam de nullitate dici poterit, quia nullitas, & notoria iniustitia paribus passibus ambulant, c.inter ceteras, de re iud.& q possit sententia super mero possessorio dici nulla, firmat etiam Ias. in l.j.C.de bono.possess.contra tabu. nec ab hac sententia aliquis discrepat, quem viderim. Ideo latius nõ insistam. Sed videtur q non solum licuerit proponere nullitatem ipsius sententiæ, sed etiam licuerit appellare: quia licet ab ipsa sentẽtia lata in possessorio non appelletur; tamen ab interlocutoria lata in causa possessoria bene licita est appellatio, secundum Bald.in l.post sententiam, C.de senten.& inter omn.iud. vbi formaliter dicit, q licet
5 a sententia possessorii non appelletur, tamen ab † alio grauamine potest appellari, puta si interloquatur testes, vel positiones non esse admittendas, idem tenet Saly.in d.l.vni.C.si de momen pos. fue.appella. & dicit Bald.in cap.ex conquestione, de restitut.spoliato.quòd in causa possessoria ab inordinato processu appellatio est permissa, & illud dictum dicit singulare Ias.nec alibi legisse, in d.l.j.C.de bono.possessio.contra tabu.sed idem tenuit Bald. in l.incerti, C.de interdi.& in capit.j.de mili.vasa. quem refert, & per similia comprobat Paris de puteo in tract. synd. char.2.versi. an stante dicto statuto.valida ergo est appellatio Berengarii ab interlocutoria, qua reiectæ sunt positiones & articuli, & ab ea interlocutoria, qua reiecta fuit suspicionis exceptio, & ab inordinato processu, nam videtur ad huiusmodi sententiam processum in
ordinate, quia sine citatione. citatio enim processit ad audiendũ eius ordinationem, & sic ad vnam tantum, & tamen tres simul, & semel iudex protulit sententias, contra notata per glo.& scriben.in clemen.sæpe in versi.post dationem, de verbo. signifi.debuit enim ad vnamquanque pars specialiter citari, vt etiam not. ibi in versi.ad id, & in cap.consuluit, de offic.deleg.& in l.consentaneum, C.quomodo, & quando iudex. concluditur ergo, quòd per iudicem nullitatis & appellationis reuocanda est immissio, vt in similibus terminis consuluit Ludo.Roma.consi.220.circa primum, colum.j.Circa tertium, quod tangit negotium principale, de quo disceptatur, duo sunt principaliter discutienda. Primum, an Berengarius substitutus dicatur legitimus contradictor ad impediendam missionem in possessionem petitam per institutum. Secundo, posito q dicatur legitimus contradictor, an exceptiones oppositæ contra institutum sint efficaces ad impediendam missionem in possessionem, & an sublatæ fuerint ex adductis, productis, & replicatis per institutum. quo ad primum aut Berengarius dicit se substitutum per fideicommissum, & tunc non erit legitimus contradictor, quia substitutio fuit concepta in forma pupillaris sustitutionis, quæ non continet fideicommissum, nam vt no.in l.2.& in l.centurio, ff.de vulga.& pupil.aut dicit se substitutum pupillariter, & tunc non potest dici legitimus contradictor, quia casus pupillaris substitutioninis non euenit, cum viuat ipse pupillus institutus: aut dicit se substitutum vulgariter, quia ex-
6 pressa † pupillaris continet tacitam vulgarem, l. iam hoc iure, in princip.ff.de vulga.& pupilla.& tunc etiam videtur dicendum, q non sit legitimus contradictor, quia vulgaris expirat adita hereditate per institutum. l. post aditam, C. de impu.in casu isto Claudius hæres institutus adiuit, ergo &c. & si forte dicatur, q Claudius heres esse non potest, quia spurius, & consequenter locus debet esse vulgari tacite, quæ intelligitur facta in casu voluntatis, & in casu impotentię, l. cum proponas, C.de hæredi. institu.adhuc non videtur legitimus contradictor, quia substitutus dicendo, quòd institutus est spurius, impugnat pupillarem substitutionẽ de ipso factam, quæ solum fieri potest liberis legitimis pupillis, & in potestate testatoris constitutis, vt no.in l.moribus, ff.de.vulga.& pupilla.non autem spuriis & naturalibus tãtum, l. Lucius, ff.eo.Si modo Berengarius prætendat expressam pupillarem continentem tacitam vulgarem non valere, etiam videtur necessario fateri tacitam vulgarem contentam in expressa pupillari non te-
7 nere, quia vitiato expresso, † & tacitum vitiari necesse est, l. 3. §. qui habet, ff.de seru.rustico. prædio. Pręmissis non obstantibus, credo firmiter Berengarium possessorem fuisse & esse legitimũ contradictorem, quia allegat similem titulum institutionis, quẽ dicit esse potiorem titulo primi instituti. quo casu Alberi. Bald.
8 & omnes in d.l.fina.concordant † talem esse legitimam contradictorem. quòd autem substitutus allegat similem titulum satis cõstat, quia dicit se institutum hæredem. nam omnis substitutio dicitur secunda institutio, vt per glo.& scriben.in rubr. ff.de vulga. & pupilla.& omnis substitutus dicitur institutus, l. in ratione legis falcid.la j.§.penul.ff.ad legem Falcid.& licet primus institutus preferatur substituto regulariter, tñ fallit, qñ primus institutus est incapax, vel alias inhabilis ad succedendum, quia tunc subla-
9 to primo gradu institutionis, testamentum † assumit vires a secundo gradu substitutionis, l.1.in fine ff.de libe.& posthu.tradit Bar. in l.j. in secundo effectu, ff. de vulga. & pupilla. vbi specie tangit casum nostrum, quando institutus non est natus ex legitimo matrimonio, tunc testamentum incipit a secundo gradu, l. 2. C. de heredibus instituen. & si dicatur forte, licet in iudicio petitorio sobstitutus vulgariter pferatur instituto incapaci, tamen quia vitium institutionis non est visibile ex inspectione testamenti, nõ debet posse substitutus impedire quominus institutus mittatur in possessionem, l. secunda, & fina. C. de edic. diui Adri. tollen. vnde non videtur legitimus contradictor. Respondeo, quòd immo etiam in possessorio substitutus dicitur legitimus contradictor, si prætendat institutionem nullam esse tali nullitatis vitio, de quo possit incontinenti apparere, vel nisi de vitio nullitatis appareret ex ipso testamento. ita concludunt Barto. Salyce. Pau.Ias.& omnes in l.prima, C.de edic.diui Adria.tollen.in casu nostro opponitur vitium nullitatis, de quo apparet ex testamento, nam testator appellat Claudium institutum filium naturalẽ; & licet addat ipsum esse legitimum, tamen testatori non creditur, nisi de legitimatione fides fiat, per ea quę not. glo. & omnes scriben in l.si donatione, C.de collatio.& per Barto.in l.si forte, ff.de castr. pecul. & si forte dicatur factam fuisse fidem de legitimatione. Respondetur dupliciter. Primo, quod non dicitur fa-
10 cta fides, nisi instrumenta legitimationum producta † sint citata parte, & dato termino ad opponendum, vt concludit Bartolus in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, de plano, per text. in lege finali, C. de fide instrumento. Secundo respondeo, posito quòd sint exhibita instrumenta legitimationum seruatis seruandis, quod factum non fuit, tamen aduersus ipsam legitimationem audiendus fuit, & est Berengarius, etiam in isto iudicio possessorio, tum quia vt supra dixi, si instrumenta debent legitime exhiberi, necesse est, q statuatur Berengario ter-

minus ad oppo nendum, tum quia in possessorio iudicio per-
11 sona petens se mitti in possessionẽ debet plene † legitimari, adeo
quod quilibet, cuius interest, dicetur legitimus contradictor, quo
ad exceptiones, quas ponit contra personam agẽtis, ista est theo-
rica glo. Barto. & Saly. & omnium in l. 2. C. de edict. diui Adria.
tollen. quam Doctores extollunt ibi, & in variis locis, de quibus
per Ias. in rub. C. qui admitti. nunquam enim censentur excluiæ
exceptiones, quæ respiciũt inhabilitatem, seu illegitimitatẽ per-
sonæ, sm Fel. in c. ex parte, col. 2. de offi. del. debet ergo in isto iu
dicio possessorio plene constare de persona Claudii, quod sit ille
Claudius in testamẽto nominatus, & quod vere sit legitimatus,
& quo ad istas exceptiones, Berengarius, & quilibet possessor est
legitimus contradictor, secundum Baldum in dicta lege finali.
vers. differunt tamen. Præterea, & tertio respondetur, quod non
potest dici, quod exceptiones, quas opponit Berengarius, requi-
rant altiorem indaginem, quia sunt tales, quod ex parte ipsius Be
rengarii non exigunt aliquam probationem, neque dilationem
expostulant, nam exceptiones contra personam Claudii opposi-
tæ eo ipso probantur, quod ex aduerso contrarium non iustifi-
catur. Exceptiones vero oppositæ contra legitimationes consi-
stunt in iure, & ex apertura librorum veritas earum fit omnibus
manifesta, ergo non dicunt requirere altiorem indaginem, quia
quæ sunt iuris, dicunt certa, liquida & notoria, l. ornamentum,
vbi Bar. ff. de auro, & argento lega. non enim possunt dici dubiæ
12 exceptiones, † quarum decisio ex apertura librorum potest repe-
riri, vt concludunt Baldus, & Salycetus in l. cum proponas, C. de
rebus cre. & Ias. in l. pen. col. pen. C. de pac. & in terminis nostris
idem posuit Ias. in l. prima, in fi. C. de edic. diui Adriani tollen. vbi
istud fundamentum fecit contra Bartolum ibi, quod fundamen-
tum in se verissimum est, licet in casu illo nõ stringat contra Bar-
tolum vt videri potest, quod hic non discutio, quia nihil ad ca-
sum nostrum. Sit igitur conclusio, quod Berengarius, quantum
ad has exceptiones, quæ ad personam actoris opponuntur, vel ad
merita causæ mixta consideratione personæ, & causæ, dicitur le-
gitimus contradictor, & ita in specie quando opponit, quod insti
tutus non est capax institutionis, quia spurius, firmat Baldus in di
cta lege fin. colum. 10. vers. octauo fi dicat reus. Non obstat in
quantum supra dicebam, quod Berengarius dicendo pupillarem
expressam esse nullam: etiam tacitam vulgarem, super qua se fun
dat, nullam asserere videtur, quia illud est a veritate deuium, stat
enim simul quod pupillaris expressa non valeat, & tamen susti-
neatur tacita vulgaris in ipsa pupillari comprehẽsa, sm Bar. post
Gul. quem *communiter* Docto. sequuntur, in l. prima in vlti. q. ff. de
vul. & pup. in princi. 2. & 3. requisito, ff. eod. quia vitiato † expres
13 so, non vitiatur tacitum æque principale, l. si fideiussor, ff. de le.
primo. Venio nunc ad secundum articulum huius tertiæ dubita-
tionis, videlicet ad discussionem exceptionum, quas deducit Be-
rengarius. Primam, quæ fundatur in errore testatoris, qui insti-
tuit Claudium tanquam nãlem cum sit spurius, non puto milita
14 re, quia largo sumpto vocabulo, etiam spurii dicũtur † naturales, secũ
dum glo. Pano. & omnes, in c. per venerabilem, qui fil. sint legiti.
& glo. in l. quoties idem sermo, ff. de reg. iur. & est tex. in c. inno-
tuit, de elec. & ex legitimationibus, ad quas testator se refert, con
stat testatorem intellexisse Claudium esse spurium, licet ipsum
naturalem simpliciter nominauerat. Imò ex quo testator præten
debat Claudium fore legitimum, non debuit amplius eum spu-
rium appellare, tam in legitimatione vltima, quam in testamen-
to, & est tex. pro hoc dicto Bal. in l. Imperialis, quem ibi no. idem
Bal. & Saly. C. de nup. & Alex. consi. 2. vol. primo. col. 4. Secun-
dam autem exceptionem, quod Claudius non sit audiendus, ni-
si prius probet se esse filium testatoris, quilibet diceret militare,
15 quia † qui dicit se filium, si negetur, probare debet, l. prima. & l.
ei, qui. ff. de prob. & in terminis nostris ita consuluit Bal. consi.
180. mortuo filio, libro. 3. In contrarium facit, quia testatori no-
minanti eum filium credendum videtur nisi per negantes con-
trarium probetur, vt signanter determinat Bar. in l. quod Sena-
tus, §. idem per contrarium, ff. de lib. agnos. per tex. in l. quidam.
ff. de prob. vbi casus, & in specie, qđ nominatio in institutione fi-
lii præsumptiue probet filiationem, & transferat onus proban-
di in aduersarium, tenet Inn. & Are. & Fel. in c. per tuas, de prob.
glo. Bal. & Sal. & alii *communiter*, in l. neque professio, C. de testa.
dicentes, quod illa lex, quæ vult, quod professio patris non
probet, sane intelligitur, id est, non probat aliter filiationem,
quin si per aduersarium probetur testatorem errasse, & non irri-
tetur legatum & institutio, sed tamen inducit præsumptionem
talem, quod onus probandi transfertur in aduersarium vt etiam
tenuit Bal. in casu nostro, in capitulo ex transmissa, co. secunda.
de rest. spo. & licet Ias. in dicta. l. neque professio, dicat se dubita-
re, tamen loquitur quo ad probationem necessariam: nam quo
ad istam fateor, quod ex institutione, non probatur filiatio pro-
batione necessaria per tex. in l. si pater, C. de hær. instit. sed bene
probatur præsumptione, quæ præsumptio transfert onus pro-
bandi in aduersarium, d. l. quidam, ff. de probatio. Tertia exce-
ptio, quod Claudius non sit ille, qui fuit institutus, & nominatus
magis videtur vrgere, quia tenetur Claudius probare, quod is sit il
16 le Claudius, si negetur, cum sit † fundamentum intentionis suæ, l. si
cum qui, de prob. & l. actor, C. eo. tit. & bene faciunt no. per Bart.
& alios, in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. ob. & per Fel. in cap.
cum Ioannes heremita, de fide instru. sed adhuc super ista exce-
ptione non videtur insistẽdum, quia probato quod iste vocetur
Claudius Sienern, præsumendus erit qđ sit ille, quia † identitas no-
minis facit præsumi idẽtitatem corporis, l. qui habebat, ff. de ma-
nu. test. per quem tex. consuluit Bal. consilio 70. cum apparet, lib.
4. & hoc maxime verum erit in casu nostro, in quo instrumenta
legitimationum reperiuntur apud ipsum Claudium, quo casu
præsumitur, quòd sit ille, qui nominatur in eis, secundum Bald. in
l. si qua per calumniam, in fine per illum text. in argumen. C. de
episcop. & cleri. cum concordantibus allegatis per Felyn. in ca-
pitu. coram, columna 3. de officio delega. arbitror etiam quod
Claudius posset probare tractatus, & communem famam, quòd
sit ille Claudius, & quòd sit filius, quibus probatis constaret de
persona, & filiatione, vt traditur in dicto capitulo per tuas, de prŏ
batio. & in capitu. per tuas, qui fil. sint legi. ideo non multum pu-
to laborandum super istis friuolis, sed ad fundamenta magis rea-
lia deueniendum est, videlicet ad legitimationes, super quarum
validitate consistit victoria Claudii, & super inualiditate consistit
pal ma Berengarii substituti. in processu duæ legitimationes repo
nuntur insertæ, ideo particulariter de vtraque est videndum. Cir
ca primam, multa possent dici, sed omissis superfluis, arbitror abs
que dubio, quod talis legitimatio nihil profuit ipsi Claudio pluri-
bus rationibus. Et non insistendo super articulo, an infans legiti-
mari possit, quia *communiter* sententia est, † quòd sic, vt per Barto.
& Ias. in l. iubemus, C. de emancipa. liberto. Bart. consilio
18 105 & consilio 119. libro quinto, vbi vult, quòd licet infans non
possit consentire, tamen legitimatio tenet, & quo ad patrem sta-
tim quòd est legitimatus, transit in eius potestatem, adeo quòd
tanquam legitimus administrator poterit exinde petere, quòd le-
gitimetur, etiam quo ad successionem maternam. & alibi dicit
quòd infans & furiosus potest a Principe legitimari. nec obstat,
quòd requiritur quod legitimatus consentiat, §. generaliter, in
Authen. quibus mod. natura. effici. sui. quia infans, & furiosus
finguntur consentire, cum agatur de eorum commodo, & fauo-
re. Concludendum intrepide puto hãc legitimationem fore nul-
19 lam ex infra scriptis rationibus. Primo, quia legitimatio † facta ex
falsa causa nihil valet, l. j. ff. de nata. restitutio. capitu. quia circa, de
consangui. & affi. capitu. quod super, vbi Bald. & Moder. maximo
Fely. columna j. de fide instrumentorum nam sicut vitiat institu-
tionem, l. si pater, C. de hæred. instit. & l. fin. eodem titu. & senten-
tias, l. qui testamento, ff. de excusatio. tuto. cum simi. Ita vitiabit
legitimationem. Ista autem facta fuit ex falsa, quod ex eo patet,
quia Christianissimus Rex asserit se inclinatum moribus & vir-
tutibus, quibus coruscat ipse Claudius, quod certe falsissimũ est,
cum Claudius tunc esset infans annorum trium, qui nihil scire
vel discernere poterat, l. j. C. de fal. mone. l. pupillis, ff. de acquiren.
hæredita. accedat, quòd dicta legitimatio facta dicitur ad instan-
tiam, & postulationem dicti Claudii, qui neque adhuc fari scie-
bat, vnde de falsitate suspecta dicitur, seu redditur ipsa legitimatio,
apparetque Regem fuisse circumuentum, ergo ex defectu causæ
finalis erit legitimatio inualida. Et per ista repetio, ita in terminis
decidere hanc quæstionem Pet. de Anch. consilio 241. ex tenore
priuilegii. quem refert & sequitur Felyn. in dicto capitu. quod su
20 per, columna prima. Secundo, quia surreptio † ita vitiat legitima-
tionem, sicut cætera rescripta, & dispensationes, d. l. j. de nata. re-
stituen. & comprobat latissime Cur. senior. consilio 113. statuto
Ianuæ. est autem huiusmodi prima legitimatio surreptitia, quia
Claudius tacuit, quòd Dominicus eius pater haberet tunc vxo-
rem, quod si expressisset, forte gratiam non impetrasset, aut saltẽ
non ita de facili obtinuisset, ergo surreptitia, capit. postulasti, capi-
tulo super literis, de rescript. & per hanc rationem ita iudicando
consuluit Oldra. consilio 247. factum tale est, quidam Rex. &
Alexand. consilio 195. allumno, libro 2. vbi ampliat etiam quod le-
gitimatio sit facta cum clausula de plenitudine potestatis. & Al-
be. de Rosa. in rub. C. de natur. liber. columna 2. & Aret. in l. ex fa
cto, colum. 6. ff. de vulga. & pupil. per tex. in §. si quis. vero, in Au-
then quibus modis. natu. effici. legi. quinimo falsitatem expressit,
quia dixit patrem tunc coniugatum non esse. Illa enim verba, tũc
vxorari, abnegant, quod tempore legitimationis pater esset vxo-
ratus, tum quia dictio, tunc, extremitatem temporis tantum de-
21 signat, l. 4. §. 1. ff. de condit. & demonstratio. & iuncta † cum verbo
prœteriti temporis est abnegatiua prœsentis, vt no. in capitu. soli-
tæ, de maioritа. & obedien. & in l. 3. §. lege Iulia, ff. de testam. sed
istud falsò expressum fuit, ergo tanquam mendax precator care-
re debet impetratis, l. fin. C. de diuer. rescrip. capitulo secundo de
rescrip. cum vulga. Accedat, quòd non fuit Rex certificatus, quod
Claudius esset infans; quod si fuisset expressum, non ita faciliter
concessisset. ergo legitimatio tanquam surreptitia non valebit,
dicto capitulo postulasti. ea enim, quæ difficiliorem reddere Prin
cipem possunt ad concedendum gratiam, sunt Principi notifi-
canda, alias legitimatio non tenet. faciunt dicta Philippi Corn.
consilio 245. licet colum. j. in fine lib. j. infantes autem non ita de.

facili

facilli legitimantur ſicut maiores, eo quia rediguntur in patriam poteſtatem abſque eorum conſenſu, vt per Ful. in l. fi. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. hinc eſt ꝙ habens poteſtatem ab Imperatore, vel Rege, legitimandi ſpurios & inceſtuoſos, non tamen cenſetur habere poteſtatem legitimãdi infantes, quia iſtud princeps difficilius concedit ſm Ang. in l. iniriti, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. per illum tex. & Curtius ſenior conſi. 19. viſo priuilegio, col. j. & Soc. conſ. 395. in cauſa contra filios, col. pen. lib. 2. Et hæc de prima legitimatione dixiſſe ſat erit. fateor enim, ꝙ plura alia contra dictam legitimationẽ dici poſſent, ſed quia præmiſſa ſufficiunt ad demonſtrandum illius nullitatem, prolixior non ero. Circa ſecundam legitimationem obtentam a do. Seneſchallo, non inſiſtam, quia eius validitas vel inualiditas dependet a poteſtate d. Seneſchalli, quam videre vellem antequam quicquam ſcriberem, ne in incerto vagarer. Circa vltimum dubium, poſito ꝙ legitimatio valeret, an ſpurius legitimatus ſuccedat in emphyteuſi eccleſiaſtica, *communis* eſt concluſio ꝙ legitimatus non ſuc-
22 cedat in emphiteuſi eccleſiaſtica † ſuſcepta pro ſe & filiis ſuis, ita, latè concludit Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebel. & in conſi. 64. & 128. lib. j. & conſi. 60. colum. j. & ſeq. lib. 2. & in hoc abundant auctoritates. ſed difficultas eſt, quod ſi emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa fuerit pro ſe & hæredibus quibuſcunque, quibus ſors dederit, an tunc naturales legitimati ſuccedant in tali emphyteuſi? Super iſto puncto reperio Decium notabiliter adhuc
23 tenere, ꝙ legitimatus † non admittitur ad emphiteuſim eccleſiaſticam, quia talis clauſula pro ſe & hæredibus, & quibus dederit non intelligitur de hæredibus reprobatis, contra petrum de Anch. conſi. 71. in cauſa venerabium. quod ego etiam credo veriſſimum, quia non eſt veriſimile, ꝙ eccleſiæ ſeu prælati, qui nomine eccleſiæ fecerunt inueſtituram, intellexerunt de filiis hæredibus, qui ſine peccato concipi non poſſunt, ſecundum Gem. in capit. ſtatutum, 2. in fin. de hære. lib. 6. ubi generaliter concludit, quod in contractibus & ſtatutis eccleſiæ appellatione filiorum non ve-
24 niunt ii, quorum † cõceptui reſiſtit eccleſia, quod etiam voluit Ange. conſi. 3. exoriente, ſuper primo. Ex iis puto ſatiſfactum omnibus quęſitis, quibus potuiſſem latioribus verbis reſpondere. Sed quia iſta ſufficiunt, nolui ſuperfluis & inutilibus animos legẽtium grauare. Laus Deo.

RESPON. II.

TErtio prouocare nemini de iure licet, & maxime ſi in omnibus ſententiis repetita ſit clauſula, bene iudicatum, & male appellatum. Verum in propoſita facti ſpecie tertio prouocare licuit, nam aſſertæ ſententiæ nullo iure conformes dici poſſunt, quod neceſſarium eſt, vt appellatio vlterius non procedat, nam per duas primas poſſeſſorium, per tertiam & vltimam petitorium diffinitur. nullo etiam iure tertia præcedentibus, quibus addit, conformis dici poteſt, tum etiã quia Do. Lazarum ad inqueſtandum cogit, cum nemo inuitus de iure agere vel experiri cogatur; quare nulla eſt, cum contra iura ſit lata. Nec clauſula, bene iudicatum & male appellatum, in tertia appoſita operatur conformitatem, quia intelligitur cum additionibus & qualitatibus in ea expreſſis. vnde quod profertur cum adiuncto, non eſt propriè tale, & ſic ſimpliciter conformis, quare huic ſententiæ nullitatis, & manifeſtæ iniquitatis exceptio obſtabit.

SVMMARIVM.

1 *Poſt tres ſententias conformes, tertio prouocare non licet.*
2 *Proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione, & ideo ſententia lata ſuper poſſeſſione, non dicitur conformis ſententia lata ſuper proprietate.*
3 *Medium concludendi in quocunque iudicio attenditur.*
4 *Sententia, quæ aliquid addit, vel detrahit, conformis dici non poteſt.*
5 *Sententia lata contra iura, eſt ipſo iure nulla.*
6 *Verbum debet, ſi verbo poteſt, iungatur, neceſſitatem importat.*
7 *Appellatione arborũ glãdiferarũ, arbores vtiles & non ſteriles continẽtur.*
8 *Quod profertur cum adiuncto, non eſt proprie tale.*
9 *Exceptio manifeſtæ nullitatis, & iniquitatis, impedit executionem etiãm trium ſententiarum conformium.*

Reſpon. interpreta.

QVia Officiales Do. Lazari de Cruce, domini de Mõteſilico, inquiſitionem & titulos criminales fecerunt ꝯ hoies dicti loci, eo ꝙ dicti homines laborauerunt terram guaſtam, reducendo eam ad culturam, & eo quia quercus ibi exiſtentes ſciderunt, & eo quia glandes, ĩ dictum territorium exiſtentes legerunt communitas & homines prædicti, prætedentes eſſe in quaſi poſſeſſione præmiſſorum iurium intentarunt interdictum retinendę, petendo ſe manuteneri in dicta ſua quaſi poſſeſſione, & officialibus prædicti domini iuberi & præcipi, vt ab omni moleſtia & turba deſiſtant.

Super huiuſmodi iudicio poſſeſſorio latę reperiuntuntur tres ſententię, quarum tenores ſubiiciuntur. Tenor primæ talis eſt, Quia reperimus vniuerſitatem, ſiue homines eiuſdem, non eſſe in poſſeſſione aſſerta, ſed dominum fore & eſſe in poſſeſſione. ideo ab impetitis ipſius vniuerſitatis, & hominum eiuſdem, dictum Do. Lazarum, dicti loci dominum relaxamus, & relaxatũ dicimus & pronunciamus, eademq; noſtra ſententia eſſe in poſſeſſione reſponderi faciendi per ſuos officiarios dictos homines terram guaſtam accipientes propria auctoritate, arboreſque glãdiferas vltra modum depopulantes, territorium glandium, terram guaſtam exteris ſingulis annis vendendo, cui vult. Et defenſam faciendi & glandas legentibus prohibendi dicimus & pronunciamus, &c. Tenor ſecundæ, Dicimus & pronunciamus, bene & ſancte fuiſſe per officiales a quibus proceſſum & ſententiatum, dum prædictum do. dicti loci ab impetitis dictæ vniuerſitatis relaxarunt, & dum declarauerunt do. de Monteſilico eſſe, & fuiſſe in quaſi poſſeſ. reſponderi faciendi per ſuos officiarios prædictos homines terram guaſtam accipientes, & ad culturam redigentes auctoritate propria, arboreſque glandiferas vltra modum depopulantes, male & inique fuiſſe pronunciatum, quo ad prædicta capita remittentes partes iudicibus a quibus pro executione facienda. In quantum vero declarauerunt prædictum do. eſſe in poſſeſſione territorium glandium, terram guaſtam exteris, cui vult alienandi, defenſam faciendi, glandes legentibus prohibend. dicimus & pronunciamus male & inique fuiſſe cognitum & iudicatum. Tenor tertiæ ſententiæ ſic ſe habet, Ex quibus prędictis in dicta tranſactione ſcriptis & comprehenſis, iuncto inſtrumento in hac noſtra inſtantia pro parte domini producto apparet quod pabulum glandium erat, & eſt ipſius domini, & nõ vniuerſitatis in non ſpecificatis & non reſeruatis, & ſic non licuiſſe vniuerſitati depopulare nemus glandiferum, & ad agriculturam reducere, nec vti vltra tranſacta, & aliter faciendo, & vtendo quam in l. ſiue in tranſactione dicatur, potuit, & debuit dominus inqueſtare contra facientes, & nemus ad terram guaſtam reducentes, prout domini primo & ſecundo loco iudicantes rationibus. & motiuis in eorum ſententiis exaratis (quas approbamus) declarauerunt, bene iudicatum pronunciando, & male ad nos appellatum, ſilentium quo ad illud caput imponentes conformitate trium ſententiarum dentatæ in eo ſolo articulo. Quantum vero ad aliud caput, pronunciauit tranſactionem alias inter partes initam obſeruandam fore. Ab hac vltima ſententia fuit prouocatum & appellatum ad ſupremam curiam Parlamenti, pro parte do. Lazari dicitur non licere tertio prouocare, cum ſint latæ tres ſententiæ (vt ab ipſo proponitur) conformes, ideo conſilium quęritur an prædictæ tres ſententiæ in primo capite conformes dicantur, ita quòd veniant exequendę. Conſideratis petitione, & ſententiis, de quibus in præmiſſo themate, viſum fuit prima conſideratione dictas ſententias fore conformes quo ad primum caput, & conſe-
1 quenter non licere tertio † prouocare, vt C. ne lice. ter. prouo. in rubr. & nig. videbantur autem, quòd eſſent conformes ex eo, ꝙ per ſecundam & per tertiam pronunciatum fuit, bene iudicatũ, & male appellatum a prima ſententia, & quando pronunciatur bene iudicatum, & male appellatum, conſtat clare de conformitate, ſecundum Bar. in l. ſi expreſſim, ff. de app. & Alex. conſi. 3. viſo themate, lib. 5. Verum prędictis non obſtantibus, arbitror vltimam nullo modo eſſe cõformem primis duabus, rationibus ſubſequentibus. Primo per primas diffinitur poſſeſſorium, per vltimam vero deciditur petitorium, ergo difformes, cum nihil com-
2 mune habeat proprietas † cum poſſeſſione, l. naturaliter, §. nihil cõmune, ff. de acq. poſ. quod autem vltimus iudex pronunciauerit ſuper petitorio, apparet ex medio concludẽdi, de quo in ipſa ſnĩa Nã ex medio cõcludendi cognoſcitur, an fuerit pronunciatũ in petitorio, aut poſſeſſorio, ſicut ex eo. medio concludendi dignoſcitur, an actor deduxerit petitorium an poſſeſſorium, vt in terminis conſuluit Alex. in conſi. 96. Conſideratis his, lib. 10. & Dec. conſi. 62. in cauſa, col. 2. & hoc eſt generale documentum, vt in
3 quocunque † iudicio inſpiciatur medium concludendi, vt tradit Bar. in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi prius, vbi Mod. ff. de no. ope. nun. medium autem concludendi in vltima ſententia tale eſt, quia pabulum erat, & eſt d. Lazari, & quia non licuit hominibus aliter vti quam in l. tranſactionis dicatur, &c. iſtud certe concludit in petitorio, & quo ad dominium, non quo ad poſſeſ. tum quia genit. Lazari, denotat dominium, l. 1. ff. de relig. & ſump. fun. l. ſeruum Titii ff. manda. tum quia ſuper tit. tranſactionis fundatur ratio ſententię. qui tranſactionis titulus dominium importat, l. tranſactionem quæ domini, & l. ſi ſuper poſſeſ. C. de tranſ. Scdo, per vltimam ſñiam quãtum ẽt ad primũ caput
4 plura addunt primis duabus, ergo † difformes, qa vbi aliquid additur vel detrahit antiquo iuri, nouũ ius efficit, l. ius ciuile, ff. de iuſti. & iure. & vbi additur, vel detrahitur, ſtipulatio vitiatur, aut noua inducit, l. j. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. obl. ſic vbi ſententia addit, vel detrahit alteri ſententię, diuerſa & noua ſententia reputatur. ita in noſtris terminis dixit Alexan. conſi. 77. In cauſa, & lite, lib. 2. quod autem vltima addat primis oſtenditur ſic, per

primas declaratur Do. Lazarum esse in poss. responderi faciendi per suos officiarios homines propria authoritate terram guastã accipientes, & arbores glandiferas vltra modum depopulantes, &c. Per vltimam declaratur, quòd Do. Lazarus potuit, & debuit inquestare homines, nemus ad terram guastam reducentes prout domini. j. & 2. loco iudicantes declararunt. Ista certe vltima sententia in verb. & in omni effectu differt a primis. ponderãdum est primo quòd in hac vltima dicitur quòd domi. Lazarus potuit inquestare, in primis dicitur quòd in posses. responderi faciendi, &c. stare enim simul, quòd sit in posses. faciendi homines respondere per officiales suos, & tamen ipse do. Lazarus non possit inquestare obstante sibi aliqua exceptione dilatoria, quæ non obstabit officialibus suis & vt ex pluribus vna inspem deducatur. ea est, quia si ipse inquestaret dictos homines coram se, sibi obstaret exceptio, quod ipse in causa sua propria non potest esse iudex, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdictio. omnium iudi. si coram officialibus suis, eadem exceptio obstaret, quia cum sint iudices ipsius do. Lazari, vnum & idem tribunal reputatur, vel saltem exceptio suspicionis contra iudices ipsius domi. Lazari opponi posset, cap. postremo, cap. cum speciali, de appella. cum simi. secus autem si ad instantiam procuratoris fiscalis: aliud enim est fiscus, aliud dominus loci, vt nota. per glo. & scribentes in rubrica. C. de iure fisci, lib. 10. & aliud est procurator d. Lazari, aliud procurator fisci, vt traditur in rubr. ff. de officio. procu. Cæsa. dato ergo, quòd sit in possessione iurium, de quibus disceptatur, ex eo, quod quandoque ad instantiam procuratoris fiscalis coacti fuerunt prædicti homines respondere titulis criminalibus, vt dicitur in primis duabus sententiis non tamen sequitur, quod do. Lazarus possit inquestare, vt dicitur in vltima sententia. bene sequetur ergo, quod in hoc addit primis & differt ab eis, ergo &c. Secundo ponderandum est verbum, & debuit inquestare. Nam in hoc additur primis, quia licet per primas iudicetur dom. Lazarum esse in possessione faciendi respondere, &c. non tamen sequitur, quod teneat inquestare si nolit, & tamen vltimus iudex (nescio quo iure) iudicauit do. Lazarum teneri inquestare, &c. & quidem male, & contra totum titu. C. vt nemo inui. age. vel accusa. cog. & in maximum præiudicium dictorum hominum, quib. (stante dicta sententia) non posset do. Lazarus remittere damna illata per ali-
5 quem ex eis, neque pœnam, quod est † contra omnia iura, maxime contra c. in nostra, de iniur. & quia cuilibet licet iuri suo renunciare, l. si quis in conscribendo, C. de pac. Nec dicatur, quod verbum debuit, quandoque resoluitur in liberam facultatem, & exponitur debuit, i. potuit, vt in l. 3. vbi Barto. C. de pig. l. post edictum. ff. de iud. quia procedit vbi verbum, debuit, de per se reperitur appositum in oratione, tunc ratione subiectæ materiæ potest resolui in liberam facultatem, secus si in oratione reperiatur appositũ vtrũque verbum, potuit, & debuit, vt hic nam tunc neq; ratio rectę loquendi, neq; sensus vllus patitur, quod vnũ resoluatur in alterũ, ideo
6 tunc quodlibet seruatur sm̃ propriam nãm & sic verbũ, † debuit, necessitatẽ importat, vt l. sæpe audiui Cęsarem, cum glo. ff. de off. Pręsi. Tertio, ponderandum est verbum nemus, quod complectitur locum quibuscunque arboribus refertũ, & sic nõ tm̃ arboribus glandiferis, sed etiam quibuscunque alus, & differt a luco, & silua cędua, quia generalitatem quandam in se habeat plusquã lucus, & non eodem modo ceditur prout silua cædua, secundũ Fel. in c. Rodulphus, col. 15. de rescrip. per primas deciditur, quod dicti homines nõ possunt vltra modum depopulare arbores glan-
7 diferas: appellatione enim arborum glandiferarum solum † arbores fructum facientes comprehenduntur, l. vni. ff. de glan. legen. & sic istis primis additur per vltimam, vt etiam non possint dicti homines alias arbores nullum fructum facientes scindere, ergo difformes per ea, quæ supra dixi. Quarto ponderandũ est dũ in vltima dicitur, nemus terram guastam reducentes, in hoc differre a primis, quia per primas iudicatum fuit do. Lazarum esse in posses. inquestandi reducentes terram guastam ad culturam, per vltimam iudicatur do. Lazarum posse & debere inquestare reducentes nemus ad terram guastam, ergo difformis: quia aliud est reducere nemus, aliud est reducere terram guastam. Nemus enim differt a terra guasta, tum ratione arborum, tum ratione amænitatis, vt patet ex iis, quæ scribit Felyn. in d. capit. Rodulphus; aliud terra erema, aliud nemus, ex quo vtilitas plurima percipi potest, l. qui vtilia, C. de omni agro deser. lib. 11. Item aliud est reducere terram guastam ad culturam, aliud terram bonam & fructiferam (vt est nemus) ad terram guastam reducere, vt patet ab effectu, & ad naturalem sensum. Cum igitur differat vltima a primis quia dirimit petitorium, primæ vero possessorium; & quia declarat dominum Lazarum posse inquestare, primæ vero esse in possessione, & quia declarat dominum Lazarum teneri inquestare, & in hoc addit primis, quia addit, quòd nemus per dictos homines non possit reduci ad terram guastam quod est dicere quod dicti homines non possint scindere vllas arbores, quod est diuersum a primis, quibus iudicatur non licere reducere terram guastam ad culturam, non nemus ad terram guastam, vt s. abunde deduxi, concludendum est has sententias non esse vllo modo conformes. Et præmissę conclusioni per me, vt supra comprobatę, non obstat qđ vlterius pronũciauerit bene iudicatum, & male appellatum, quia respondeo dupliciter, & primò, quod si simpliciter nihil addendo, vel diminuendo, pronunciasset bene iudicatum, & male appellatum, isto casu essent conformes, & procederet doct. Bart. in d. l. si expressim, secus vbi aliquid additur, vel detrahitur, tunc non possunt dici conformes, secundum Alex. in d. consi. 77. Secundo respondeo, quod vlterius iudex non pronunciauit simpliciter bene iudicatum, sed limita-
8 tiue, idest cum † additionibus, & qualitatibus expressis in dicta vltima sententia. nam illa verba, prout domini primo, & secundo loco iudicantes declarant, referuntur ad illa verba, potuit, & debuit inquestare, & sic dictio, prout, respicit ea quę fuerunt addita, & consequẽter stat limitatiue, vt l. edita, C. de eden. vbi Barto. & scrib. & per eundem Barto. in extraua. ad reprimen. in verb. prout. & per Cano. in c. prout, de dolo, & contu. Insuper aduertendum puto, quod huiusmodi vltima sententia in ea parte, in qua vult dominum Lazarum teneri inquestare, est euidentissime nulla, quia contra ius expressum, videlicet contra totum tit. C. vt nemo inui. age. vel accus. cog. & consequenter nulla, l. j. & 2. C. quando prouo. non est necess. vbi autem sententia est manifeste nulla, tunc exceptio talis euidentis nullitatis impedit executionem non obstante cle. vt calumniis, de re iudicata. secundũ Alexand. in d. cons. 77. & cons. 106. lib. 3. Imo exceptio nullitatis,
9 vel † iniquitatis, quam appellans offert se incontinenti probaturum, licet non appareat notorie de tali iniquitate, seu nullitatẽ, nihilominus habet impedire executionem, secundum Saly. in l. j. C. ne lice. ter. prouoca. traditur per Alexandrum & Modernos in l. 4. §. condemnatum, post Bart. ff. de re iudicata. Vltimo, quia vltimus iudex pronunciauit has sententias fore conformes, ab hac interlocutoria licitum est appellare, secundum Saly. in d. l. j. & probatur in cap. vt nobis, de appel. & maxime licebit isto casu, in quo constat manifeste quod non sunt conformes, vt supra probaui, & vbi dubitareẽ, an essent conformes, in dubio recipienda est apellatio, secundum Baldum in l. de statu, ff. de test. cum solitis & vulgaribus auctoritatibus. Laus Deo.

De reuocandis donatio.

RESPON. I.

PRincipis Constitutio, quia ad euitandas fraudes irritat donationes iudicis decreto non approbatas, ad liberalitates, quas parentes erga liberos exercent, non est (vt arbitror) porrigenda. Nec enim inter liberos, & parentes dolositatis quicquam lex suspicatur. Non etiam donationes iuramento roboratas sanctio laicalis potest infringere, cum super iuramento nulla disponendi facultas laicis concessa legatur. Contendunt inter se Bar. & Bal. Perusinus (duo iuris fulgentissima sydera) an dos data filiæ imputanda sit nepotibus in legitimam. Pro nepotibus respõdet Bal. contra vero Bar. cui, communis Doctorum calculus adstipulatur. Sed vtrunque recte sensisse docet Paulus Castren. Nam si dos a matre, vel auo materno tradita sit, vera mouet Bal. Sed si a patre, auoque paterno sit constituta, iusta æquaque habetur Bar. sententia. Alia quoque distinctione vtrunque defendit nobilissimus illorum compatriota Corneus. Si enim dos data filię ea mortua reuersura est ad patrem, (quod euenire solet, quando dos fuit simpliciter constituta) recipienda videtur Bar. sententia. Idem quoque respondẽdum, si auus stipulatus fuerit dotem reddi nepotibus, cum ab auo ipsam dotem habere noscantur. Si vero dotem stipulatus sit reddi filię, eius hæredib. Baldo putat assentiendum, cum dotem vti matris hæredes consequantur, quam distinctionem plerique non leuis authoritatis, prius tradiderunt. Donationem quę tempore mortis patris inspecto, legitimam filiorum minuit, Paulus de Castro inofficiosam putat quamquam a principio pater prætaxatam donandi mensuram non excesserit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a matre in præsentia mariti & patris donationi consensum, & auctoritatem præstantium, reuocari non potest.*
2 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu duorum propinquorum, non procedit in contrahente cum patre, vel matre. & quid ita.*
3 *Statuta prohibentia donationes, nisi cum decreto iudicis vel consensu propinquorum, non vendicant sibi locum in donatione iurata.*
4 *Donatio simplex, quæ in vita donantis valuit, non imputatur in legitimam.*
5 *Dos data filiæ non imputatur nepotibus in legitimam, quando nepotes habent dotem a matre vt hæredes ipsius matris.*
6 *Legitima, an sit commensuranda secundum quantitatem bonorum, quę supererant tempore mortis testatoris, an tempore donationis factæ.*
7 *Donatio dicitur inofficiosa, etiam si ex postfacto inofficiosa reperiatur.*

Respon.

Respon. interpreta.

SVper Dubiis mihi propositis eleganter & iuridi
cè scripserũt clarissimi Dom. de Mota, & de
Dorna, quorum responsa nudo calculo approbassẽ,
nisi me consulens impulisset, vt quid sentirem, latius
explicarem. Pro corroboratione igitur aliqua subiiciam, vt rẽ vi-
dear aliqualiter delibasse. Circa primum placet mihi, quod dona
tio facta per Ioannam Genetesiam quodam Isabellæ eius filiæ,
valeat, & non potuerit reuocari in testamento eiusdem Ioannæ,
per tex. vbi casus de vtroque in l. velles, C. de reuo. dona. vbi dici
tur donationem factam a matre filiæ, non posse reuocari prætex
tu absentiæ mariti & aliorum liberorum: quanto ergo minus re
1 uocari poterit donatio † facta a matre in præsentia mariti, & pa-
tris donationi consensum & auctoritatem præstantium, vt in ca-
su præsentis donationis. ad idem tex. in l. his solis, & in auct. quod
mater, eo. tit. Non obstant Delphinalia decreta, quia non credo,
quod procedant in donatione facta filiæ propter naturalem affe-
ctionem, quæ verisimiliter cadit in matre, vt concludunt Bald. &
Lud. Rom. in l. pactum, quod dotali, C. de colla. vbi dicunt, quod
2 statutum, † prohibens mulierem, contrahere sine cõsensu duo-
rum propinquorum, non procedit in cõtrahente cum patre, vel
cum matre, quia in eis cessat ratio fraudis p̃sumptæ, propter quã
statutum vetuit fieri contractum absque cõsensu propinquorũ,
sequitur And. Sicu. in cap. matrimonij, colum. 3. de offic. delega.
Alexand. consi. 29. Præclare, colum. pen. lib. 3. quæ ratio præsum-
ptæ fraudis absque dubio cessat in hac donatione: tamen, quia
fuit facta cum præsentia consensu & auctoritate patris & mariti
(præsentia enim propinquorum maxime patris & mariti, exclu-
dit omnem suspicionem fraudis, doli, metusque, l. trãsactionem
C. de transi. vbi late Moder.) tum, quia fuit facta causa æqualitatis
seruandæ inter filias, cum eadẽ die tantundem alteri filiæ donas-
set. lex enim adhortatur parentes, vt non faciant vnum filium, &
alterum priuignum, sed vt eos æqualiter tractare debeant, §. illud
& ibi no. Ang. in Auct. de nup. imò vbi non est æqualitas inter fi-
lios obseruata, creditur dolum interuenisse, l. quæsitum, §. sed, &
ipse Papinianus, ff. de fundo instru. quem no. Bald. in l. filiæ cuius,
in 7. q. C. fam. ercis. & Barto. in l. si pater, in prin. ff. de dona. Soc.
consil. 4. in prima parte, & Dec. consi. 63. ad fin. Cum igitur ces-
sat ratio statuti, cessabit etiam dispositio, l. adigere, §. quamuis, ff.
3 de iure patro. c. cum cessante, de appel. Secundo talia † statuta pro
hibentia donationes, cum decreto iudicis, vel consensu propin-
quorum non vendicant sibi locum in donatione iurata, sm Ioa.
And. in addi. Spe. ti. de instr. editio §. porro. in vlti. additio. Ang.
in l. sancimus, §. fi. C. de dona. Imo. in c. cum contingat, in penul.
char. & ibi Abb. & Mod. de iureiu. Fed. de Senis consi. 282. Casus
talis est. Ang. consi. 94. Cum his. Ale. consi. 4. & consi. 12. & consi.
83. in fin. & 138. in fi. lib. 1. & consi. 20. col. 3. lib. 3. & est cõis opi. &
iam canonizata, vt dñt Moder. in d. c. cum cõtingat, & in l. si quis
pro eo, ff. de fideiu. Bñ facit, quia statutũ, ꝙ mulier, & minor non
possit contrahere sine ꝯsensu ꝓpinquorũ, non ꝓcedit in ꝯ̃ctu iu
ramento roborato, sm Imo. in d. c. cũ contingat, char. 16. cũ seq.
Fel. in c. si quis, col. 2. de maio. & obedien. & Ale. consi. 59. Visio in
strumento, lib. 1. & latissime Ias. in auct. sacra puberũ, C. si aduer.
vendi. quia laici statuentes non potuerunt de viribus iuramenti
disponere, & est cõis opi. quicquid dixerit Bart. in d. l. si quis pro
eo. vnde aliter non instabo, quia in consulendo a cõi non est di-
scedendum, c. ne innitaris, de constitu. & quia in puncto mihi for
mato quæritur, an huiusmodi donatio dicatur donatio propter
nuptias? istud quęsitum habet duo capita. Primum est, an dicatur
donatio propter nuptias, de qua loquitur tit. C. de dona. prop. et
nupt. & tex. in §. est & aliud, Inst. de don. & certum est, quod nõ,
quia illa est donatio, quæ fit a sponso sponsæ pro securitate do-
tis, l. profectitia, ff. de iure dot. l. fi. C. eo. declarat Azo in Summa
ti. de donatio. ante nuptias. Secundum caput est, an dicatur facta
contemplatione matrimonii, ita quod donatrix fuerit mota ad
donandum propter matrimonium: & iterum respondendum pu
to quod non, sed mota fuit ad hanc donationem faciendam Isa-
bellę, quia vnam tertiam donauerat alteri filiæ. Ita clare can-
tant verba donationis. vnde cum ex verbis clare colligatur, inten
tio & causa finalis, non est alia exquirenda, nec coniecturãda cau
sa, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. cum similibus. Circa
secundum, quo quæritur, an donatio facta Isabellæ filiæ, sit impu
tanda nepotibus in legitimam eis debitam, ex persona propria, cũ
Isabella mater decesserit ante auum. & prima fronte visum fuit, ꝙ
sic: quia dos data matri ab auo, imputatur nepotibus in legitimam
secundum Bartolum in l. in quartam, ff. ad l. Falcid. cuius opinio.
communiter recepta a Doctoribus, vt attestatur ibi Picus & Dec.
consi. 151. Satis nota est quæstio, colum. fina. & Fabia. de Monte
in repeti. auth. nouissima, in 8. char. C. de inoffi. test. sicut ergo im
putatur dos, ita dicamus, quod imputatur donatio. Verum hoc
non obstante concurro in sententiam Dominorum meorum,
qui ante me consuluerunt, duabus præsertim rationibus. Primo,
quia huiusmodi donatio est pura, & simplex, & inter viuos, quæ
non imputaretur in quartam debitam iure naturę ipsi Isabellæ, si
4 viueret. Nam simplex donatio, † quæ in vita donantis valuit non
imputatur in legitimam, l. si quando, §. fi. C. de inoffi. testa. l. si non
mortis, ff. eod. l. etiam, §. si debita, ff. de bon. libert. firmant Barto.
Ang. & alii in d. l. in quartam, Alex. consi. 8. colum. 3. lib. 2. & dici
tur donatio inter viuos simpliciter facta, nisi sit aliter dictum, se-
cundum Bart. in l. peto, in prin. ff. de lega. 2. & in l. illud, C. de col-
la. si ergo non imputaretur Isabellæ, cum non sit donatio facta
in causam dotis, vel donationis propter nuptias, vt supra ostẽdi:
multo minus debet imputari nepotibus petentibus legitimam
ex persona propria. Secundo, quia dos data filiæ, non imputatur
5 nepotibus † in legitimam, quando nepotes habent dotem a ma-
tre vt hæredes ipsius matris. Quod est, quando pater in ꝯstitutio-
ne dotis stipulatus fuisset, soluto matrimonio eam reddi filiæ &
eius hæredibus secundum Baldum, & Salycetum in l. illam, C.
de collatio. Nec obstat opinio Bartoli communiter approbata,
quia procedit quando pater simpliciter dotasset filiam, quo casu
dos soluto matrimonio ad patrẽ reuertitur ratione patriæ pote-
status, l. dos a patre profecta, C. solu. matrimo. vel quando stipula-
tus fuisset eam reddi nepotibus, quo casu nepotes eam diceren-
tur habere ab auo. Secus autem, quando nepotes dotem habent
vti hæredes matris. ita concordat opi. Corn. consi. 190. pro deci-
sione. li. 2. in casu autem pręsenti donatio facta fuit a matre, No-
tario stipulante pro Isabella, & eius hæredibus & successoribus
quibuscunque. & dato quod non esset facta stipulatio pro hæ-
redibus, tamen subintelligebatur, l. si pactum, ff. de probatioribus.
cum donata bona non reuertantur ad donatorem secuta mor-
te donatariæ, nisi sit expresse cautum, l. secunda. C. de dona-
tion. quę sub modo. & propterea concludo, quod opinio Barto-
li in dicta lege in quartam, non procedit in dote data filiæ a ma-
tre vel auo materno, vt etiam consuluit Pau. de Cast. consil. 108.
Dubitano præsentis in secunda parte. Circa primum, & multo
minus in donatione inter viuos. Tertio quæritur, an sit commẽ-
6 suranda † licentia secundum quantitatem bonorum, quæ supere-
rant tempore mortis auiæ, an tempore factarum donationum: re
spondet vnus ex Consultoribus inspiciendum esse tempus do-
nationum, per textum authen. vnde si parens, & in corpore vnde
sumitur, C. de inofficio. testamento. sed ista sentẽtia videtur du-
bitabilis, quia iste textus loquitur in donatione facta alicui, ex fi-
liis contra officium pietatis, & in fraudem legitimæ aliorum: sed
in casu nostro, cum vtrique filię sit tantundem donatum, non
possunt dici donationes inofficiosę, nec in fraudem licentię alio
rum factæ, cum nulli alii filii superessent. Præterea, ex alio non
possunt huiusmodi donationes videri immensæ seu inofficiosæ,
cum fuerint donatæ solum duæ partes bonorum, reseruata tertia
parte bonorum immobilium, ac omnibus iuribus mobilibus ac
actionibus, quæ non comprehenduntur appellatione immobi-
lium, l. a diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudi. l. mouentium, ff.
de ver. sig. videtur ergo, quod legitima horum nepotum sit com-
mensuranda secundum quantitatẽ bonorum tempore mortis, l.
cum quæritur, C. de inoffic. testa. l. etiam, & l. si patronum, ff. de
bon. libert. Sed istis non obstantibus opin. d. Consultorum am-
plectenda videtur, quia licet donatio facta materteræ horum
7 nepotum a principio non essent inofficiosa, tamen † effecta fuit
ex post, quod sufficit, quia fingitur retro fuisse inofficiosa, secun-
dum glossam in l. 3. in versicu. nono quæro, C. de inoffic. donat. in
proposito autem casu licet a principio non esset inofficiosa, quia
reseruauerat sibi donatrix trientem & vltra: tamen, quia illud, qđ
reseruauerat pro legitima ipsorum liberorum totũ reliquit vni
titulo institutionis hæredis, apparet, quod alii liberi reperiuntur
fraudati medio donationis factę ipsi matertera hæredi vniuersa-
li. Nam ex sequentibus declaratur, qualis fuerit animus in præce
dentibus, l. cum quis, versic. neque enim, C. de natu. lib. l. sed Iulia
nus, §. quod dicitur, ff. ad Macedonia. Ita magistraliter declarat
Pau. de Cast. in d. auct. vnde si parentes, dicens se ita consuluisse
in quadam causa sibi transmissa de Bononia, in qua plures Do-
ctores cespitabant, non considerantes, ꝙ esset effecta donatio
inofficiosa ex post, licet a principio non esset. Circa quartum, an
clausula constituti operetur translationem possessionis, non ex-
pedit insistere, quia cumulatum reperitur petitorium cum posses
sorio per vtramque partem, quo casu sententia in petitorio habet
absorbere effectum possessorij, cap. cum dilectus, de cau. poss. &
proprie. declarat Socy. consi. 98. iustissime iudex, lib. 4.

De dona. quæ sub mo.

RESPONSVM I.

DIui Principis Valentini legem contra donatores, q
donatori promissa alimenta non præstant sapi-
ter editam, etiam si nulla præstan. dorum alimẽtorum
dies expressa fuerit, seruandam putamus. Dies enim
quæ huic inest obligationi, satis promissorem tacite interpellat.

Quod maxime verum erit, si donatarius iureiurando fidem suã astrinxerit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim interpellationis.*
2 *Dies tacita subintellecta a lege in obligatione, ita interpellat sicut expressa.*

Respon.interpreta.

IVstè. & sanctè fuit iudicatum per iudicem, a quo,
in fauorem dominæ Ioannæ petitæ, & non
insistendo super inualiditate secundæ donationis fa-
ctæ Ioanni Roleti, circa quam multa dicta fuerunt
per præstantes primos Consultores & Aduocatos, dico secundã
donationem etiam si a principio valida fuisset, ipso iure reuoca-
tam propter alimenta non præstita donatrici iuxta conuenta. &
quia de hoc est casus legis in l.j. C. de dona.quæ sub mo.non cu-
rabo argumentis & rationibus aliter comprobare. Est enim ibi
casus expressus, quòd si donatarius non præstat alimenta pro-
missa donatrici, quòd bona donata poterunt a donatrice vendi-
cari; ergo donatio censetur a iure reuocata, & dominium iuris mi
nisterio translatum in donatricem, alias ei non daretur rei vendi
catio, quæ præsupponit dominium in agente, l.j.C.de alienatio-
ne iudicii mutandi.causa facta.cap.Abbate, de re iudicata. lib.6.
& ad idem est text.cum glossa.in capit.verum, de condi.appo. &
ita consuluit Baldus consil.a 50.in 3.parte, Lud.Rom.consi.284.
triplici ex capite, Cor.consi.102.in causa, col.2.lib.1. Non obst.si
dicatur, quod dispositio dictę legis primæ procedit, si donatarius
sit in mora præstandi alimenta, quæ mora non fuit probata in ca
su isto, cum nunquam Roletus fuerit interpellatus, & vbi non est
apposita dies, mora nõ committitur sine interpellatione, l.quod
te, ff.si cert.pet.l.si ex legati causa.ff.de verb.obli. quia responde-
tur dupliciter. Primo, quod iuramentum ipsius Roleti eum con
tinue interpellabat vt promissa seruaret: habet enim iurm virtu-
1 tẽ interpellationis, secundum Spec.ti.de aduocatis, §.j.ver.sed nũ
quid is, qui iurauit, Panor. in capit. breui, de iureiur. Secundo
respondetur, quod hic est dies tacita & expressa. Tacita quidem,
q̃a cũ venter dilationem non patiatur, obligatus ad alimenta, sta-
tim dicitur in mora, saltem pro primo anno, secundum quosdam
vel saltem pro primo mense, l.j. vbi Bart.& alii, ff.de ali men. leg.
& l.libertis, quos, §.j.ff.de auro, & argento lega. est etiam dies ex-
pressa multiplicandæ obligationis gratia adiecta, videlicet tãdiu,
quandiu vixerit, l.si in singulos annos, cum simili.ff.de annu.leg
2 dies autem †tacita subintellecta a lege in obligatione ita interpel-
lat, sicut expressa, l.idem erit, ff.de verb.oblig.late Ias.in l.quoties
in diem, ff.cod.ti.similiter dies adiecta multiplicandæ obligatio-
nis gratia, ita interpellat sicut dies solutionis adiecta, secundum
Bart.in l.ita stipulatus, magna in 3.q.2.q.princi.ff. de verbo oblig.
Præterea, cum dictus Roletus iurauerit pręstare alimenta, & non
præstiterit, sequitur dicendum ipsum cecidisse ab omni commo
do contractus donationis, per tex. vulgatum in l.si quis maior, C
de transa.quæ habet locum in omni contractu, secudum Bar.&.
communiter scriben.ibi, & in specie, q̃ habeat locum etiam in con
tractu donationis, in quo donatarius non præstiterit alimenta cõ
uenta, consuluit Cor.in d.consil.102.versi. & insuper.non etiam
obstat, si forte diceretur, quod dispositio d.l.j.si quis maior, pro-
cedit in donatrice volente discedere a contractu, & quod in ca-
su nostro non constat donatricem vnquam reuocasse donatio-
nem propter alimenta nõ pręstita, quia (vt mihi dicitur in facto)
contrarium est verius. & dato quod expresse non appareret, ta-
mẽ quia donatrix donauit postea, & tertio loco, omnia bona sua
dictæ dominę Ioannæ, ex hoc solum videtur decessisse a donatio
ne facta dicto Roleto, l. rem legatam, ff.de adim.le. & ita in indi-
uiduo respondet Roma.in dicto consi. 284.in fi. Concludo ergo
bene iudicatum, quia si bona essent apud dictum Roletum vir-
tute vltimæ donationis omnium bonorum factæ dominæ Ioan-
næ, vna cum cessione iurium & actionum, prædicta Ioanna pos-
set vendicare ipsa bona, d.l.j.C. de donat. quæ sub modo.ergo a
fortiori poterit vti retentione, cui enim damus actionem, multo
magis retentionem concedimus, l.inuitus, §.cui damus, ff. de re-
gu.iur. l.j.§.is autem, ff.de superficie.

Præstantissimi Iurisconsulti D. Ioan. Fran. Ripen. absolutissima responsa, Deo clementissimo fauente, expliciunt.

IOANNIS

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A S. NAZARIO, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

Viginti Responsa ad vetera addita.

Nunc postremo in studiosorum gratiam accuratissimè recognita, & repurgata.

LEgatum Quasi filio relictum ei, qui filius non esse conuincitur ab hæredibus testatoris valet, eo maxime, quia pietatis intuitu, & (vt ait) pro amore Dei relictum est.

SVMMARIVM.

1 *Filius quis iustus, aut iniustus.*
2 *Generatio quæ tempestiua, & intempestiua quæ.*
3 *Patrini ad quid filiolis teneantur.*
Iustus præsumitur, qui ex coeuntibus coniugibus natus est.

M. Antonianus recensui.

Respon. cc. Interpretatio.

AGit Alzianus actione ex testamento, ad alimenta sibi relicta amore Dei, contra nobilem Petrum Autardi, hæredem alterius d. Petri Autardi testatoris. Opponitur legatum relictum fuisse ipsi Alziario per errorem, & ex falsa causa, quia testator falsa opinione ductus reliquit alimenta eidem quasi filio nāli, non legaturus si alterius filium credidisset. Iō concluditur tale legatum non deberi per text. in l. si pater, C. de hæred. inst. & l. neque professio, C. de testa. Præterea dubitatur, an ex deductis per hæredem fuerit probatus error testatoris. Visis hinc inde articulis, visaque particula testiū, quæ legatum alimentorum continet: primo aspectu putaui posse iudicari actorem probasse, quod testator falsa filiationis opinione deceptus, legauerit alimenta præfato Alziario, tum quia probatum fuit quòd idem testator quaodiu vixit, ipsum tractauit Alziarius vti filium. Nam ei semper præstitit alimēta in domo propria iis modis, & formis, ac si vere filius eius esset, præceptoribus, quibus eum erudiendum tradidit, mercedes persoluit. Ex quo tractatu præsumitur, quòd testator crederet eum esse filium suum, vt dicitur de fratre, quòd tractans aliquem vt fratrem, præsumitur credere eum esse suum fratrem, gl. in l. nemo, §. fi. ff. de hære. inst. q̄ ad illud ꝑpositum allegat Fely. in c. per tuas, col. fi. de probat. Nam ex tractatu præsumitur filiatio, d. c. per tuas, vbi late Pan. & alij, & gl. & Pan. in c. transmisse, q filij sint legitimi. Tū q̄a d. testator, dū esset in humanis nominabat d. Alziarium filium suum, & ecōtra idem Alziarius appellabat d. testatorē patrem. Nō est aūt ꝓsumēdū, quòd q̄s nominet aliquē in filium, nisi credat verū esse, qđ asseuerat, l. Iulianus, §. q̄ aūt, ff. de actio. emp. Nā verba, s̄m philosophū, sunt notæ earū, q̄ sunt in aīo passionū & nullum est maius mentis testimoniū, q̄ qualitas impecta verborum, s̄m Bal. in c. super literis. de resc. & non credimus hominē velle, nisi illud qđ dixit, s̄m Bal. in l. voluntatis, ad fin. C. de fideicom. Et q̄ is, qui nominat aliquem filium, ꝓsumatur illum credere filium suum, firmāt Bar. & alij, in d. l. neq; professio. C. de testa. Tertio probatur, quia noīe baptismali hic Alziarius fuit noīatus Petrus, licet in chrismate fuerit nomen variatum, & sic vocabatur eodem noīe, quo testator, & eodem agnomine Austaredi a testatore agnominatur in testō. Ex identitate autem noīs & agnominis resultat præsumptio filiationis, & multo magis credulitatis, vt est tex. sing. in l. vxorem, ff. de manu. tex. quem ad hoc alleg. Bal. in c. tuam, de ordi. cogni. Ex istis videtur apparere, quod testator crederet Alziarium esse filium suum. Quod constat esse falsum, cū sit natus ex Ioanna nupta Bernardo Bertrādi, vnde præsumptione iuris præsumitur filius ipsius Bertrādi, l. filium diffinimus, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. Et si probaretur quod Ioāna fuerit cognita a testatore, s̄m Pan. in c. cum ex officij, de pœniten. & remis. Bal. consi. 73. Verba domini, consi. lib. primo. Præmissis non obstantibus, prout non obstant, contrarium, quod legatum valeat, nec dicatur testator falsa filiationis opinione deceptus, verius existimo ex infrascriptis. Primo, quia ad hoc vt legatum, vel institutio irritetur ex eo, quod testator fuerit falsa filiationis opinione deceptus, oportet quod filiatio fuerit causa legati, vel institutionis, vt clare dicit Imperator in d. l. si pater, in ver. nō instituturus si alium nosset, & sic quod error fuerit in causa fi. Et ideo iura, quæ dicunt legatum, vel institutionem vitiari, semper loquuntur quando testator legauit ei, qui filius non erat, vti filio, nominando eum filium in testamento, d. l. neque professio, & d. l. si pater. Sed testator in testō non nominauit Alziarium filium, neque ei quasi filio legauit, sed tanquam extraneo, cum ei tanquam pauperi amore Dei alimenta reliquerit. Vnde liquidissime constat, quod sumus extra terminos d. l. neq; professio, & d. l. si pater. Et si dicatur, licet ex tenore testamēti nō appareat, quòd testator legauerit eidem Alziario vti filio, tamen probari potest, quod contemplatione filiationis testator legauerit. Illud non inficiabor. Verum dicam, quod actor nihil penitus probauit, nec quicquam deduxit, quod faciat ad probandum, quod ipse testator intuitu filiationis fecerit huiusmodi legatum alias non facturus, si alienum, quod testator nunquam credidit Alz. fore eius filium. Deinde rn̄debo ad coniecturas, & præsumptiones allegatas per actorem. Quod testator nunquam crediderit Alziarium esse filium suum, demōstratur. Primo, quia idem testator erat prudens & sapiens, & rerum humanarum expertissimus, & consequenter præsumitur, quod sciret ea omnia, quæ vnus prudens expertus scire deberet, l. prima, §. is quoque cum sim. ff. de a-
1 ctio. & obl. Prudens autem non existimabit vxorem † alterius ad quam maritus accedit, concepisse ex seipso. Tum quia præsumitur, iuris præsumptione, esse contrarium, vt s̄. dixi, & fatetur actor in 7. articulo. Tum quia vix maritus potest præsumere natum ex vxore sua, esse filium alterius, l. quia semper, ff. de in ius vocan. l. Lucius, ff. de cond. & demon. Et si dicatur non constare, quod Ioāna esset maritata, neque quod maritus cohabitaret cū ea: Respondeo, quod actor non potest honeste istud negare, quia contrarium posuit in 8. positione. Ideo, quia in x positione fatetur, q̄ Ioanna etiam tempore quo morabatur cum testatore, pluribus se prostituebat, & quod erat de hoc publica fama Ex hoc elicio, quod testator sciebat eam alios viros, vltra maritum admittere, quia quilibet præsumitur scire ea, de quibus est publica vox, & fama, l. si tutor petitus, cum gl. C. de pericu. tuto. c. 1. de postul. præla. Sed quis vnquam iudicaret prudentem virum existimare natum ex muliere alteri coniugata, & multorum libidini exposita, esse filium suum? certe nemo, quia natus ex ea, quæ se multorum libidini exponebat, dicitur vulgo quæsitus, tanquam natus ex meretrice, c. vidua, 34. dist. & ibi gl. & Are. & Soc. consil. 54. Visis test. lib. 3. Nati autem ex meretrice, vulgo quæsiti dn̄r, quia nullum patrem pn̄t demonstrare, §. vulgo quæsitos, Instit. de suc. cog. Tertio, quia actor in xv. & xvj. & sequentibus positionibus fatetur, quod testator erat inhabilis ad generandum, quia in sua florida ætate duas habuerat speciosas vxores, quarum altera ex primo marito filios conceperat, & tamen ex neutra vnquam filios suscepit. Et quia tempore conceptionis d. Alziarij excede-
num, in l. fina. C. de bon. quę lib. & in l. a diuo Pio, §. in uenditio-
tio. ff. de re iudica. Et tunc deueniendo ad immobilia, pariter tu-
tus erit usufructuarius, quamuis minorem habiturus usumfru.
Immo proprius respondendo, dico, quod in casu isto fructus ta-
les non subiacent obligationi pensionis petitæ, stantibus, quæ
themate deduxi. nec huic opinioni refragantur illa iura in con-
trarium adducta per tex. in dicta l. si in lege, §. primo, & in dicta l. in
prædiis, quæ dicunt, quod fructus fundi locati sunt tacite hypo-
6 thecati † pro pensione, hoc ideo, ne locupletetur conductor cum
iactura locatoris, scilicet quod locupletetur in fructibus, & in
pensione damnum patiatur locator. & ideo erit uerum dicere,
quòd hoc procedat, ut habeat locum ista tacita hypotheca, qua-
tenus non sit soluēdo conductor, sed ubi sit soluendo cessante ra
tione, cessat etiam tacita hypotheca, capitulo cessante, de appella-
tio. & ita intelligo illa iura, & non aliter. & ita dictat ratio, quę est
anima legis: & tanto plus in casu isto uidetur uerum quod fru-
7 ctus illi sint usufructuariæ, quia † fuerunt separati a solo, & expor
tati, ac in horreo reconditi ante mortem legantis, locatore pa-
tiente, & non contradicente, quo casu, quia tunc eos percepit uo
luntate domini, fecit illos suos, ut dicit tex. in contrarium allega-
tus, in dicta lege si seruus communis, §. locaui, ff. de furt. ibi, &
ideo colonum, quia uoluntate domini eos percipere uidetur,
suos fructus facit. Et tanto plus, quia in certum tempus fuit de-
stinata solutio, & sic fides de pretio fuit habita, ut ibi dicit glo. in
verbo facere. Et si non obstat allegata glo. in contrarium, in dicto
§. locaui, in verbo, cogat. quia intelligitur vera, quando domi-
nus prohibet fructus in fundo existentes exportari, quod facere
potest, vt dicit Bald. in l. ædem, C. loca. quando vero permisit eos
exportari, effecti sunt conductoris, vt quia separati a solo eius ef-
ficiuntur, vt dixi in primis allegationibus. Nec hoc videatur in-
conueniens, quia patiendo eos exportari & non contradicen-
do, sibi præiudicat, lege litibus, C. de agricolis, & censi. libro vn-
decimo. quem allegat Bald. in lege Titia. soluto matrimonio, ad-
de Barbati. in consilio 41. volumine primo, versiculo. Præterea
fecit, quòd nullum ius competat, &c. vbi allegat not. in lege se-
cunda, C. de iure domi. impe. Nam præsens actui non potest con
tradicere sibi præiudiciali, si non contradicat, sibi præiudicat, Bar
tol. in lege penultima de relatio. Alexand. consilio 72. versiculo
sed præmissis, volumi. tertio. Imputetur ergo in casu isto locato-
ri, si tempore recollectionis, sibi fructus non retinuit, vel seque-
strauit. & reponi fecit in domibus prædii locati, vt videntur dice-
re prædicta iura, tunc enim sufficit esse habitam fidem de pretio,
quæ dicitur haberi, quando locator non contradicit recollectio-
ni, & exportationi fructuum, §. venditæ, Instit. de rer. diuisi.

Non obstat, quòd vsufructuaria teneatur soluere onera, æsti-
mi, & collectarum, quia illud procedit in modica expensa, non
in magna, vt dicit Alexand. in dicto consilio 134. volumi. 7. &
alibi sæpe.

Non obstat illud, quod dicitur, quod ex quo est vocata ad om
nia bona, quòd tunc intelligatur vocata vt hæres, ideo non est in
conueniens, vt teneatur ad æs alienum: quia respondetur, vt dixi
8 supra, vocando eam † ad bona, intelligitur deducto ære alie-
no, & ideo vsusfructus detrahitur de hæreditate, ne sic diminui-
tur vsusfructus, igitur &c. Non obstat etiam allegata doctrina
Barto. in lege fina. ff. de vsufruct. leg. quia contra eum est commu
nis conclusio, vt supra dixi: tamen specialius respondendo dico,
quòd allegata per Bart. loquuntur in eo, qui est institutus in pro-
prietate, & sic pleno iure, & sic antequam hæres tradat. isto casu
debet mobilia vendere, & etiam immobilia, vbi primo non suffi-
ciant, & postmodum vtetur vsufructuarius reliquo, d. l. vsusfru-
ctus bonorum, & d. §. si autem æs alienum.

Non obstat etiam §. si autem æs alienum, allegatus in contra-
rium, quia facit pro vsufructuaria, eo quia ibi sumus in disposi-
tione legis, quæ fecit patrem vsufructuarium, ideo tenetur ad le-
gata, quia illa erant annalia, & sic singulo anno possunt de fructi-
bus solui; hic in creditore, qui non potest cogi ad differendum so
lutionem sibi fiendam, ideo de vno casu ad alium non est bona
illatio, l. Papinianus exuli, ff. de mino. & mitius agitur cum lege,
vt faciat patrē etiam teneri ad æs alienū, & ita concludunt Alex.
in dicta l. vsufructu bonorum, & Pau. de Cast. in l. deducta, §. qui
post, ff. ad Trebel.

Sed esto, quod isti fructus non essent domi, & sic alieni: certe
dico, quod etiam comprehenduntur in legato non habita distin-
ctione in casu isto, an sciret testator legans esse res alienas, vel alte
9 ri hypothecatas: quia ex quo † reliquit vxori, tunc siue fuerit igno
rans, vel sciens, valet legatum. l. cum alienam rem. C. de leg. lege,
non dubium, §. finali, ff. de legatis tertio. lege omnium ex fami-
lia, §. si rem, ff. de legatis secundo. & Abba. in consilio 40. volumi.
secundo, in primo dubio. in princip. Romanus in consilio 35. ver
siculo vltimo videndum est, an legatum. Et in proposito nostro
facit dictum Baldum, in dicta l. cum alienam, C. de legatis primo.
versicu. dubitatur. tamen ibi dicit, quòd si testator emat rem alie-
nam, cuius pretium non soluit, & illam rem leget, tenetur hęres
soluere de suo, quia iure cogetur cedere cum effectu, quod facere
non potest, nisi soluat, l. Iulianus, §. offerri, de actio. empti. l. no-
men, ff. de hæredit. vel actio. vendit. Et in casu nostro possessio re-
tinetur loco pignor. ergo hęres debet luere, lege qui concubinam,
§. qui hortos, de lega. tertio, in terminis de re alteri obligata, Ias.
in dicta l. cum alienam, in princip. Alexand. consilio 175. in fine.
volum. 7. Nec huic conclusioni obstat. tex. in cap. filius noster, de
testa. qui dicit, quòd legatum factum de re ecclesiæ non valet, ita
quòd illa res sit redimenda, vel eius æstimatio soluenda, quia ille
text. loquitur de re, cuius commercium non habemus, nec habe-
re possumus: ideo cum ille tex. sit correctiuus, non videtur posse
vlterius extendi, nec corrigere, nisi quatenus loquatur, scilicet de
re vt supra legata, argum. l. præcipimus, C. de appellatio. & ita di-
xit Alexan. in d. l. cum alienam. Et istam partem, quòd etiam non
obstante dispositione cap. filius noster, de test. dummodo non sit
res Cæsaris, vel patrimonii Petri, valet legatum saltem ad æstima
tionem. tenuit Alexan. in consilio 9. volumine secundo, vbi dicit,
hoc maxime verum pro conseruanda mente testatoris, quæ vi-
detur esse, vt omnia habeat, vt ex verbis legati, de quo in testa-
mento, quia factum coniunctæ personæ, id est vxori. & ita tenet
Abb. in dicto capitulo, filius noster, in fine. & Alexander ibi se-
quuntur quam plures Docto. ibi relati per eum. ita tenet Iason in
lege apud Iulianum, §. constat, versiculo extra glo. de legatis pri-
10 mo. vbi respondendo ad tex. in capitulo. filius noster, dicit † quod
non negat ibi tex. æstimationem nō deberi, vt etiā ibi tenet Ho-

ftien. sed loquitur de re ecclesiæ, quam mandat restitui ecclesiæ. qui Hostin. dicit dicto capitulo, filius noster, procedere, quoties nimis grauaretus hæres redimendo rem alienam: si vero non nimis grauaretur, etiam non obstante dicto capitulo, filius noster, procedit opinio Hostien. & cum isto intellectu concordat intellectus Cardinalis Zabarellæ dicentis, c. filius noster, ponere casum specialem, quando vni ecclesiæ legatur res alienus, non autem loquitur, quando legauit res. quæ non sint ecclesiæ, & ideo non discrepat casus noster a iure canonico, quia loquimur de re, quæ erat in commercio nostro etiam si sit aliena, ideo expedit iura iuribus concordare, l. vnica. C. de inofficio. dotibus, & in proposito nostro, ne longe vagemur, in casu proprio consuluit dominus Philippus Comeus in consilio suo 32. incipiente, licet prima facie videatur primo volumi. qui post longam disputationem concludit, ideo legatum de re aliena factum vxori, seu coniunctę personæ ignoranti, seu scienti, valere; & istam opinionem dicunt tenere Hostien. Panormita. Ioannes Andre. Petr de Anchara. Anton. de But. in dicto capitu. filius noster, & ibi glossa fin. & Petr. & Cyn. in dicta l. cum alienam, & multos alios, quos refert, & dicit solum quo ad vnum differentiam esse inter ius ciuile & canonicum, quia ius ciuile permittit legatario, vt non cogatur restituere rem alienam, nisi euincatur de iure. ius vero canonicum grauat legatario alienam rem legatam retinere contra voluntatem domini, etiam quòd non euincatur ab eo. non tamen dicit quin debeatur æstimatio alienæ rei legatæ, & ita tenet Saly. & Benedictus Plumbino, Ioannes Manhæus, & Baldus Fulgo. in dicta lege cum alienam, vbi Angelus. Et ideo iudex debet iudicare etiam secundum canones legatum rei alienæ valere, & sic istam posse, vel fructus habere perceptos, de quibus supra, vel eorum æstimationem, quo casu non est ambigendum hæredes proprietarios omnino teneri ad solutionem petitæ pensionis.

EPITOME.

Confessus plura delicta capitalia, quorum vnum satis manifesta habebat indicia, alia vero constabat re ipsa patrata, & in confessione sæpius ex interuallo & expresse, & extra locum torturæ perseuerans, nec tortus, licet ligatus & aliquantum fatigatus fuisset, capite damnari, & plecti potuit. Nec ad rem facit, quòd in carcere confessus sit. Quin etiam valuit processus, licet nulla prorsus indicia præcessissent, quia de ea re nunquam a reo oppositum fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Confessione propria, & spontanea nulla maior est probatio, nec eo prætextu, quod nulla præcesserint indicia, reuocari potest.*
2 *Confitens delictum indicia habens, de iis etiam, quæ non habent, interrogari potest.*
3 *Confessio metu tormentorum extorta iudicari non debet, quæ sæpius ex interuallo, & expresse, & extra torturæ locum facta est.*
4 *Metus carceris, & tormentorum, quando esse, vel durare non præsumatur.*
5 *Confessio in carcere facta in figura iudicii valet.*
6 *Processus, vel inquisitio substantialibus carens, veluti indiciis legitimis, contra confessum, & non opponentem valet.*

Respon. 210. Interpreta.

IN causa Oliuerij rei detenti in tortus domi. Potestatis Placentini, cum de vita hominis agatur, nulla debet videri sera cũctatio. Considerato igitur processu contra eum agitato, videtur quòd non possit pena mortis condẽnari. quia licet fuerit confessus plura delicta, & per torturam & metu tormentorũ, sine tamen legitimis indiciis præcedentibus, talis confessio sibi nocere non debet, nec ex ea potest diffinitiue ad mortem damnari, per tex. in l. j. §. si quis vltro, ff. de quæstio. & ibi Barto. & Angel. de malefi. in verbo, fama publica, versiculo tu iudex sis bene cautus. Iaf. in l. iusiurandum, §. procurator, ff. de iureiuran. Roma. consilio 111. vbi inter alia requisita dicit, quòd ad hoc vt spontanea confessio noceat, oportet, quòd constet de delictis, per l. i. §. item aliud, ff. ad Sylan. sed in casu hoc videtur facta talis confessio, & adhuc non constat de de delictis, ergo &c. Præsupponitur etiam, quod nulla præcesserit indicia: sequitur ergo, quod dato quòd perseuerauerit seu ratificauerit, non tamen talis confessio valebit, secundum doctrinam Barto. *communiter* approbatam, secundum vnam lecturam, in l. penu. ff. de quæstio. Gandin. in rubrica, de quæstio. & tormento. versiculo, item pone, quod quidam fuit captus. Alexand. consilio 5. in principio, volumine j. & consilio 52. in tertia volu. & in l. qui in aliena, §. Celsus, in additio. ad Barto. ff. de acquiren. hæredita. Rursus dicitur, quòd confessio facta in carcere non valet secundum glo. communiter approbatam in lege, qui in carcerem, ff quod metus causa. Anch. consilio 24. post principium, & eiusmodi confessio non valet, licet indicia postea superueniant, vt dicit Bald. in cap. ad nostram, circa fi. extra de probatio. Dec. in capitulo at si clerici, de iudi. cum ergo non appareat de delictis commissis, & confessatis, & sine legitimis indiciis præcedentibus, est intrepide dicendum, quòd ex eius sola confessione mori non possit, vt ex præmissis latissime colligitur. Ex aduerso demõstratur dictum Oliuerium fore, & esse puniendum ac etiam decapitandum, sic meritis suis exigentibus cum sanctissimum sit facere iustitiam de criminosis, quoniam nulla pinguior victima potest mactari Deo, quàm homo iniquus, refert Pau. de Cast. in l. secunda. C. de episco. audien. & quia confessus est plura nefanda delicta, videlicet publica & priuata homicidia, & assassinamenta, vt ex eius processu apparet, quæ delicta nullo modo debent remanere impunita, iuxta legẽ ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam. & congruit officio Præsidis purgare prouinciam malis homini-
1 bus, lege congruit, ff. de officio. Pręsidis, & nulla † maior probatio videtur esse, nec potest adduci, quam eius propria & spontanea confessio, quæ est tantæ potentiæ, quod tollit omnem præsumptionem iuris & de iure secundum Barto. in authent. sed iam necesse, C. de donatio. ante nupt. ita, quod partes iudicis non sunt, nisi in condemnando, vt not. in lege prima. C. de confes. nec talem confessionem potest reuocare prętextu, quod non præcesserint indicia, quia de hoc est text. rotundus in capitulo primo. de accusatio. libro sexto. etiam non data copia indiciorum tali sponte confesso sine tormentis, secundum Ange. in verb. fama publica, vbi allegat Pet. de Anchara in clementina prima, de homicid. & dicit, quòd hoc singulariter est menti tenendum. Sed prædictus Oliuerius sponte, & sine tortura fuit confessus se derobasse per vim in stracta publica vnum saccum cum filio cuidã pauperi, & de eius venditione & prætio participauit, de quo delicto etiam pręcedebant indicia satis manifesta Baricel. Placentino, qui dictum reum detinuit, & sic captura iustificatur, quę iudicia etiam in actis Curiæ leguntur. Confessus etiam fuit dictus Oliuerius se interfuisse homicidio quondam Peregrini Mazani iam duobus annis elapsis, opem & auxilium præstando, quem Peregrinum per vim extraxerunt ex propria domo & illam sachamauerunt, cuius interfecti cadauer fuit visitatum, per pretorem Montis clari, & notissimum est de dicto homicidio Alia quoque grauia crimina fuit confessus, de quibus in processu, & illa bis, vel ter approbauit, & ratificauit sponte, & est pręsumendum, quòd conscientia patrati criminis perseuerauit, secundum Bald. in lege prima. C. de confes. Paris de Puteo. ibi, in
2 verb. an ex sola confessione. & quando quis † cõfitetur delictum, potest etiam interrogari de delictis, de quibus non sunt indicia, secundum generalem consuetudinem, vt dicunt Doctores, maxime Ange. in verb. fama publica, in fine. Guido. de Suza. in materia tormento. uersiculo quid de quæstio. occurrenti. Gandi. in rubrica, de quęstio. & torment. vbi omnes ita dicunt, & affirmant. licet ergo in pluribus delictis confessatis, quamuis non pręcesserint indicia, tamen ex quo illa confessus est, & talis confessio est verisimilis, & a iure non spernitur, merito tenere debet, & sibi pręiudicare. vt not. Deci. in capitulo at si clerici, de iudi. ex qua confessione, vt dictum est, potest damnari, secundum Barto. in lege secunda. ff. de custo. reo. & Philip. Franc. in dicto capitulo primo, de accusatio. libro sexto. etiam si processus inordinate fuisset factus secundum Docto. *communiter*, maxime Bald. in l. j. C. de confes. & Barto. in l. si confes. ff. de custo. reo. qui etiam allegat illum text. in dicto capitulo primo, de accusatio. pro valde notabili. Item & fuit confessus dic. Oliuerius assassinamentum & homicidium in persona quondam Abbatissę Sancti Francisci de cuius morte & cadauere constat ex visitatione iudicis malefactorum, quę confessio fuit bis, vel ter ratificata, & etiam sponte facta coram Reuerẽdo Domino Vicario Archiepiscopali, quod delictum grauissimum quale sit, omnes plane intelligunt. Et si dicatur, quod illud fuerit confessus metu tormentorum, quo casu etiam si perseuerauerit, non valet talis confessio per dictam doctrinam Barto. in dicta lege penultima. ff. de quęstio. & per alia iura supra adducta pro parte contraria: & quia carceratus non est sui iuris, ideo eius confessio non valet, secundum illam glo. in dicta lege, qui in carcerem, ff. quod metus causa, etiam si postea indicia superueniant, secundum Baldum. in dicto capitulo, ad nostram, de probatio. & vt supra deductum fuit. Quia possum respondere, quòd dictus Oliuerius supra dicta confessione non fuit tortus, licet ligatus, & aliqualiter alciatus. & illud quod dicitur, aliquid esse factum, vel confessatum metu tormentorum, illud relinquitur arbitrio iudicis coniecturandum ex circunstantiis, secundum Bald. in l. interpositas, in princ. C. de transactio. Sed hic reus, qui alias robustus, & qui non fuit quassatus, est confessus di-
3 ctum homicidium, talis confessio † non debet iudicari extorta metu tormentorum, maxime quia illam toties ratificauit ex interuallo. & ita perseueratio ex interuallo etiam post torturam dicitur rei spontanea confessio, & est pręsumptio quòd conscientia patrati criminis perseuerauerit, secundum Bald. in dicta l. j. C. de

C. de confess. & iura, quæ dicunt inualidam confessionem, quæ
fit in tormentis, non præcedentibus indiciis, non dicunt ꝙ defe-
ctus indiciorum non præcedentium inualidet expressam perse-
uerationem. & Bart. in d. l. pen. ff. de quæst. intelligatur de perse-
ueratione tacita, non autem expressa, quæ habet vim spontaneę
confessionis. ita per plura tenet Paris de Puteo in verbo, an ex so
la confessione. quæ ratificationes in casu nostro fuerunt factæ
extra locum torturæ, & pluries, & etiam examinatus a solo iudi-
ce ecclesiastico, s. D. Vicario Archiepiscopali, idem affirmauit, vt
4 supra dictum est. Et dum dicitur, ꝙ semper † præsumitur durare
metus carceris, seu tormentorum; respondetur illud procedere,
quando metus infertur verè & iniustè, secus si iustè & per iudi-
cem, pro quo præsumitur ꝙ omnia fecerit ex motu animi sui in-
formati ex qualitate delicti & rei detentio. iuxta not. in l. 1. §. eius-
dem, ff. de testi. & talis confessio facta metu tormentorum, ꝙ de-
beat intelligi in metu vero, non autem præsumpto, & illato per
iudicem, vt dictum est, & expressè tenet Cæpol. in consi. 40. vbi
allegat Ange. ita dicentem in l. 2. C. quod met. cau. Et licèt dictus
Oliuerius fuerit ligatus, & aliqualiter alciatus, non tamen illud
iudex fecit ad hoc, vt expressè confiteretur, sed vt vera diceret,
ergo sequitur, ꝙ tenor huiusmodi confessionis non est omnino
tormentarius, sed secundum quid est liber, quia intentio iudicis
fuit vt confiteretur verum, non autem quia tortus. ista sunt ver-
ba Bal. ad literam in d. l. prima, C. de confess. Nec obstat dum di-
5 cebatur, † quòd confessio facta in carcere non valet per glo. ap-
probatam in d. l. qui in carcerem, ff. quod metus causa. quia vide-
tur facta per metum, vt supra dictum fuit. Quia respondetur se-
cundum Bald. vbi supra, ꝙ illa glo. procedit, quando confiteretur
ad vtilitatem carcerantis, non in figura iudicij: aliàs sequeretur,
quòd illi qui detinentur in palatiis, non possent ibi confiteri ad
tribunal potestatis, quod est falsum, quia in capitalibus causis
semper reus detinetur, & valet eius confessio, secundum Bald.
ibi, & Cæpollam in dicto consi. 40. Nec obstat etiam si dicatur,
quòd indicia non præcesserunt, ergo detentio nulla, nec confes-
sio valet, vt dictum est supra pro parte contraria. Quia respon-
detur, quòd immo præcesserunt indicia, & fuit captus per Bari-
cellum deputatum per Christianissimum Regem ad capiẽdum
malefactores, prout erat dictus Oliuerius infamatus tanquam
socius Astorini, & aliorum bannitorum a domino Regio, &
6 etiam pro aliis delictis, tum † etiam valet dictus processus, quia
nunquam fuit oppositum per ipsum reum detentum etiam sibi
data defensione, vt est tex. cum glos. & ibi *communiter* Docto. in
cap. 2. de accusatio. lib. 6. sequitur & refert Cæpo. consi. 77. qui al-
legat Ange. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. lib. x. tenentem, ꝙ
licèt inquisitio careat substantialibus, tamen sequi potest con-
demnatio contra confessum, & contra non opponentem, vt ibi
per eum. Prætereo authoritatem amplissimam concessam Do-
mino Prętori Placentino per Christianissimum Regem nostrũ,
quòd in atrocioribus delictis, vt sunt præmissa, posset procede-
re seruata, & non seruata forma iuris, & prout melius fieri pote-
rit, vt delicta puniantur. Quicquid igitur actum est contra di-
ctum Oliuerium, benè actum videtur, vt possit ad vltimum sup-
plicium condemnari, & meritas pœnas luat, iuxta l. sancimus,
C. de pœn. per superius adducta, iuribus & authoritatibus com-
probata.

EPITOME.

In materia Beneficiali versatur hoc responsum, cuius summam, quia in ipsius fine posita est, hic repetere superfluum visum est.

SVMMARIVM.

1 *In interdicto retinendæ præfertur antiquior possessio, nam posterior clandestina præsumitur.*
2 *Exceptio inualidi tituli contra agentem possessorio retinendę in beneficialib. obstat, & de ea incidenter cognoscere solent Parlamenta Francię, num. 3.*
4 *Exceptio suppressi valoris cur in beneficialibus admittenda sit iudici laico.*
5 *Iudex laicus in beneficialibus, de quibus exceptionibus cognoscere possit.*

Respon. 211. Interpretatio.

SI omissa Validitate titulorum vtriusque partis
quæratur quis debeat obtinere in in-
terdicto retinendæ possessionis huius canonicatus,
& præbendæ, proculdubio dicendum est, ꝙ Ioannes
Changragrossi habeat potiora iura, quia priorem & antiquiorẽ
possessionem probauit, c. licèt causam, de prob. & ratio est, quia
1 † posterior possessio Petri de Castellania præsumitur clandesti-
na, vt ibi dicitur, & declarat Bart. in l. si duo. ff. vti possid. Bal. in l.
ordinarii, C. de rei vendic. Petr. de Ancha. consi. 275. ad declara-
tionem. Curt. consi. 24. super eo. & alibi sæpe per Docto. & si ve-
neranda Curia Prouinciæ non vult, ꝙ pro iustificatione posses-
2 sionis cognoscatur incidenter de titulo, vel † quia de iure non sit
admittenda iustificatio tituli in interdicto vti possidetis, vbi alteř
probauit de antiquiori possessione, vt in casu nostro, prout tenẽt
Panorm. & alii in dicto c. licèt causam, & Bart. in d. l. si duo. Curt.
in d. consi. 24. & consi. 37. tunc constat Ioan. manutenendum fo-
re in sua possessione. Si verò velit prædicta Curia incidenter ad
colorandum possessorium cognoscere de titulo & proprietate,
tanquam non sit in beneficialibus alicui concedendus vitiosus
ingressus, c. j. de reg. iur. in vj. certè debet admittere exceptionem
3 suppressi valoris contra titulum Petri, quia † contra agentem
possessorio retinendæ in beneficialibus obst. exceptio inualidi
tituli, vt est casus in c. audita querela, & ibi no. Panor. in j. notab.
de restit. spoliat. de qua exceptione incidenter solent cognosce-
re Parlamenta Regia Franc. secundum D. Guido. Pap. decis. 72.
incip. Iudex laicus. quod sine dubio verum est, si in Parlamento
sint aliqui Senatores ecclesiastici: nam de iure constat Regem,
& eius Senatores etiam laicos cognoscere posse de possessorio,
secundum Panor. in c. literas, de iuram. calum. modò si in causa
possessoriu incidat aliqua quæstiu tituli, tunc de tali incidẽti quę-
stione possint cognoscere Senatores clerici, quamquam nomi-
ne Regis laici ius dicatur, vt concludit Felin. in c. cum sit genera-
le, vers. & vidi certari, de foro compet. vbi tenet clericum delega
tum a laico, posse cognoscere de causa vsuraria emergente in
causa delegata, quamquam laicus delegatus ipse non posset. Et
4 quòd hæc exceptio † suppressi valoris sit admittenda, ostenditur
ex duobus. Primò, quia ex sola negatione titulus efficitur inco-
loratus, ac si negaretur non constare impetrãtem esse clericum.
nam si negetur expressum fuisse verum valorem, impetrans te-
netur probare valorem ab eo expressum, esse valorem, secũdum
Panor. in c. ad aures, de rescrip. & in c. fin. de præsump. facit text.
& ibi not. Panorm. in cap. quia circa, de consanguin. & affinita.
& quæ scribit Felin. in cap. constitutus, de rescrip. Nisi ergo im-
petrans probet se expressisse verum valorem, apparet, quod titu-
lus exhibitus non est coloratus, sicut si non probet se clericum,
secundum Innoc. in cap. super his, ad fin. de accusa. Panor. in cap.
bonæ, il t. de elec. & in cap. 1. de litis contest. & probatur in cap.
cum ab eo, de rescrip. cum similibus. vnde sicut admittitur exce-
ptio negatiua, non video cur etiam non admittenda sit proba-
tio, si negans velit probare negatiuam. Secundò, quia hæc ex-
ceptio suppressi valoris est meri facti, non habens in se vllam
spiritualitatem; nam valor beneficii est quid merè temporale,
cap. ad audiẽtiam, de rescrip. traditur per Panorm. in dicto capit.
ad aures. de exceptionibus autem emergentibus in causa posses-
soriu, si constat in facto, cognoscere potest iudex secularis, licèt
ex tali exceptione facti possit inferri ad decisionem iuris spiritua
lis, de quo non contenditur, secundum Bald. in auctẽn. & qui iu-
rat, versic. quarto qualiter, C. de bon. author. iudic. possid. nam si
incidenter emergat quæstio de quantitate pretii, vel de pacto de
retrouendendo, vt quia negetur modicitas pretii, vel pactum, ad-
mittendus est actor ad probandum etiam corã iudice laico, quia
talis est quæstio facti, licèt inferatur ex ea ad decisionem vsura-
riæ prauitatis, cap. ad nostram, de emptio. & vendit. secundum
Barto. & scriben. *communiter* in l. Titia, §. vsuras, ff. soluto matrim.
& in l. omni nouatione, vbi Paul. de Cast. C. de sacrosan. eccles.
cum infinitis authoritatibus, quæ adduci possunt, & de quibus
per Alexand. consi. 9. præstantissime Doctor, lib. 4. & Panorm.
5 consi. 64. lib. 1. sic ergo dicamus, quòd laici iudices † possint co-
gnoscere de quãtitate valoris beneficii sicut cognoscunt de quã-
titate pretii in causa vsuraria, si emergat sola quæstio de quanti-
tate, quia est quæstio facti: hinc est, quòd laicus potest cognosce-
re de exceptione opposita per beneficiatum contra patronos, ꝙ
iuri patronatus renunciauerint, quia facti est, capit. significauit,
quem tex. ibi ad hoc not. Cardin. & Felin. in princ. de testib. licèt
causa iuris patronatus sit spiritualis, seu mixta, cap. quanto, de iu-
dic. sic ergo laicus poterit incidenter cognoscere de abiuratione
tituli, & multò magis de suppressione valoris, quæ magis in fa-
cto cõsistit, quàm renunciatio, quia renunciatio non reddit titu-
lum inualidum, & incoloratum generaliter, vt traditur in c. ad-
monet, de renunciat. sicut suppressio veri valoris, vt per Rotam
decis. 19. sub rubrica, de rescript. in nouis. & in regulis Bonifacii,
reg. 6. bene facit, quia si licet actori probare titulum coloratum
coram laico ad iustificandum possessorium, debet etiam licere
reo probare exceptiones suas, per quas vult ostendere titulũ non
esse coloratum, neque iustificare possessorium. tex. est clarus, &
ibi Felin. in cap. constitutus, de restibus. facit reg. non debet, de re
gu. iur. ff. Concludendum ergo mihi videtur, quòd si Curia ve-
lit cognoscere de mero & nudo possessorio, & non de colore ti-
tulorum ipsarum partium, quòd debeat manutenere antiquio-
rem possessorem, qui pariter probauit de titulo habito ab ordi-
nario collatore, qui dicitur titulus coloratus, vt per Innocen. &
alios in cap. nostris, de concessio. præben. & per Felin. in cap. in
nostra, col. 36. de rescriptis. vbi autem constat de titulo colorato
vtriusque, obtinet in possessorio qui prior est tempore, d. capit. li-
cèt causam, & dixi §. si autem Curia cognoscere vult quis titu-
lus sit magis coloratus, non video quare non debeat cognosce-
re de exceptione suppressi valoris per rationes, & iura superius
deducta.

EPITOME.

Qui præposituram. Quæ electiua est, nulliter contulerunt, cum neq; priuati sunt ipso iure, neque priuandi potestate eligendi, eligere, possunt. Itaque in electione citandi sunt, sed in ea re distinctio, de qua hic, seruāda est. Dubium verò non est, quin canonici etiā illi, qui in sacris non sunt, in ea propositi electione vocē habeāt, cum in omnib. capituli actibus semper, & ex eo tempore, cuius memoria nulla extat, tales vocem habuerint. de ea vero præposi-tura prouisio legati Cardinalis de latere, non valuit, quia cū non esset ipsis specialis præueniendi potestas data, præuenire in ecclesia collegiata ordinarios non potuit: nec etiam graduatorum nominatio locum habet in beneficiis ad electionem capituli spectanobus. At Papa sine dubio potest electores, nihil repugnantibus concordatis, præuenire.

SVMMARIVM.

1 *Electiuum beneficium propriè dicitur, quando superioris confirmatio postea requiritur.*

2 *Collatores protestati, quòd si beneficium erat electiuum, non intendebant derogare iuri eligendi, eligere possunt. & nu. 3. & 5.*

4 *Eligendi potestate ipso iure non priuati licèt priuandi essent, citandi sunt.*

6 *Canonici sacris non initiati in electione vocem habent, si ita ex tempore, cuius memoria nulla extat, obseruatum sit.*

7 *Legatus de latere, cui non est specialis potestas praeueniendi data, pręuenire non potest, maximè in ecclesiis collegiatis, ordinarios electores.*

8 *Graduatorum nominatio locum non habet in beneficiis spectantib. ad electionem capituli, sed tantum in iis, quę ad collationem ordinarii pertinent.*

9 *Papa potest electores praeuenire.*

Respon. 212. interpreta.

DVplici ratione potest huiusmodi præpositura dici electiua, vel quia in electione proceda-
1 tur iuxta formā c. quia pp, de elec. & hoc modo † pro
priè dr electiua, cum confirmatio superioris postea
requiratur, c. auaritiæ, cū concor. de elec. in 6 vel quia per simpli-
cem electionē ad illam assumatur Præpositus sine alia solēnita-
te, & confirmatione superioris; & hoc modo nō erit propriè ele-
ctiua, sed potius collatiua, vt declarat Fel. in c. in nostra, corol. 32.
de rescrip. Si ẜm primum modum sit ex priuilegio electiua, dubi-
tationes, de quibus in themate, pertinenter formantur: si verò di
catur electiua ẜm alium modum, tunc constat plures ex dubita-
tionibus esse impertinentes. Vt tñ quærenti consiliū ad plenum
satisfiat, ad singula paucis r̃ndebimus. Pro resolutione primi vi-
dendum est, an hi, qui eligendo contulerunt, non seruata solen-
nitate d. cap. quia pp, vel solēnitate ex priuilegio requisita, sint
hac vice priuati, vel priuandi potestate eligendi. breuiter r̃ndebi-
mus, ꝙ non sunt priuati ipso iure, d. c. quia pp, §. quia verò, in ver.
priuentur. & ibi gl. Innoc. Host. Pan. & alii cōiter no. Quod etiam
probatur, quia Papa vtitur verbo futuri tēporis, quod d̃r requirit
sententiā, ẜm gl. cōiter approbatam in l. in criminali, C. de iurisd.
& in c. quicunque, in ver. innodetur, de hære. lib. 6. & ex pluribus
2 comprobat Fel. in c. Rodulphus, de rescrip. Sed quia † ante colla-
tionem hi, qui ꝯuenerunt formæ electionis, conferendo prote-
stati sunt, ꝙ non intendebant renunciare electioni casu, quo hęc
dignitas esset propriè electiua, dubitatur an hæc protestatio eos
releuet a poena priuationis faciendæ per sententiam. Ad istud r̃n-
debimus ꝙ non, quia protestatio ꝯria consequutiua actum in de-
pendentibus a dispositione iuris non releuat protestantē, c. cum
M. Ferrarien. de const. l. alimenta, C. de neg. gest. l. nemo pōt, ff. de
leg. j. ex collatione vel electione facta non seruata forma d. c. quia
pp, sequitur poena priuationis ex dispositione d. c. cui non potue-
runt eligentes derogare, ergo protestatio eos nō releuabit: alio-
quin esset in facultate eligentium effugere semper pęnā d. c. pro-
testando, ꝙ dicere non debemus, c. commissa, eod. tit. lib. 6. l. fin.
ad fin. C. comm. de lega. Sed forsan excusabuntur prætextu igno
rantiæ, allegantes se ignorasse, ꝙ hęc dignitas esset electiua. Nam
ignorans excusatur a culpa, & consequenter a pęna, c. cognoscē-
tes, de constit. l. si ignorans, ff. de loca. cum simil. Sed certè in his,
quæ ex officio tenemur scire, ignorantia est damnabilis, ideo nō
præstat legitimam excusationem, c. innotuit, de elec. c. quamuis,
de reg. iuris. Paria enim sunt scire, vel debere scire, l. quod te, ff. si
cer. pet. l. si duo, ff. de acq. hær. vnde videntur excusandi, qui ꝯ for-
mam statutorum & priuilegiorum ecclesiæ eligerent. Veruntū
ẜm ea, quæ proponūtur, non v̄r ꝙ sint priuati nec priuandi, quia
præsupponitur ꝙ vltimo immediatè prædecessori fuit prouisum
per viam collationis, seu simplicis electionis, quæ vim obtinet
collationis, quæ vltima prouisio constituit capitulū in quasi pos-
sessione conferendi, c. querelam, de elect. c. consultationibus, de
iure patro. & cum vltimus status prædictæ præposituræ sit reper-
tus collatiuus, habuerunt canonici, qui eligendo contulerunt,
iustam causam credendi ita esse, cum ex possessione de præte-
rito præsumatur in præsens, l. siue possidetis, C. de proba. c. man-
data, c. sicut beb. m, de præsum. no. gl. in c. cum ecclesia Sutrina, de
cau. poss. & propr. c. ex possessione authoris, siue prædecessoris,
præsumitur bona fides successoris, l. pen. C. de euict. ex tit. putati-
uo causatur bona fides, ẜm Ro. de præscrip. decis. 3. in nou. & tra-
ditur latè per Fel. in c. de quarta, de præscr. & non solū ex iustis,
sed etiā ex iniustis, & temerariis causis causari potest bona fides,
ẜm gl. in l. j. C. vbi cau. stat. pro qua facit tex. in l. clam possidere,
in princ. & ibi D. Ias. in 7. not. ff. de acq. poss. sequitur D. Alex. cons.
127. visa inquisitione, lib. 4. & And. Barb. cons. 18. lib. 2. Sed stan-
te hoc, ꝙ capitulum sit in quasi poss. conferendi, v̄r ꝙ collatio fa-
cta per hos canonicos sit valida & manutenenda per tex. in d. c.
querelam, de elec. & c. consultationibus, de iure pat. nā cum quæ
ritur de validitate collationis nō inspicitur apud quē sit proprie-
tas, sed apud quē sit possessio, quia collatio est fructus possessio-
nis, & ad possessorē spectat perceptio fructuum, l. bonę fidei, ff. de
acq. re. dom. c. grauis, de restit. spol. Verùm prædictis non obstan.
r̃ndemus huiusmodi collationem fore nullam pp resistentiā alio
rum canonicorū, qui protestati sunt de nullitate ipsius collatio-
nis, asserentes fore procedendum per viam electionis. nā pp resi-
stentiā aliquorum, illa quasi possessio interturbatur, & operatur
talis resistentia ab aliquibus de cap. volētibus desistere ab iniusta
possessione, vt alij efficiātur malæ fidei. ita concludit Pan. in c. cū
olim, in 3. not. ponderando, ꝙ ibi collatio fuerat facta absq; vlla
3 reclamatione, de cau. poss. & propr. Præterea † cum ipsimet, qui
contulerunt, fuerint protestati, ꝙ si præpositura esset eligibilis, ꝙ
non intendebant derogare iuri eligendi & interessendi in ipsa
electione, satis constat ꝙ consenserunt protestationi aliorū vo-
lentium eligere eo casu, quo esset eligibilis. Quando autem exi-
stentes in quasi possess. iniusta consentiunt protestationi ꝯriæ suæ
quasi possessioni, tunc non tenet collatio facta ab ipsis quasi pos-
sessoribus, vt est casus, & ibi Pan. in c. Cumana. vers. pro clariori
intellectu. de elec. Istis sic enucleatis, r̃ndemus ad primum quæ-
4 situm, † ꝙ cum hi, qui contulerunt, non sint priuati ipso iure, ꝙ
veniunt citandi, etiam si venirent priuandi per sententiam, ẜm
Pan. in c. auditis, ver. quarta lectura, per illum tex. eod. tit. & idem
firmat Pan. post Inno. in d. c. quia pp, §. fin. Ad secundum, an exi-
stentes extra prouinciam, sint citandi nominatim, vel sufficiat ci
tatio generalis, r̃ndemus distinguendo. Aut scitur vbi sunt, aut
ignoratur. Primo casu, aut sunt in loco, in quo commodè vocari
possunt, & hi sunt citandi personaliter, ẜm Spec. tit. de elec. §. j. cir
ca princ. & ita procedit tex. in d. c. quia pp, ad fin. licèt enim tex.
in c. coram, eod. tit. mandet eos citari, qui sunt in prouincia, tñ si
existentes extra prouinciam possunt commodè vocari, etiam hī
vocandi sunt, ẜm Inno. Card. & Pan. ibi; qui subdit, ꝙ si prouin-
cia esset multum ampla ab vno latere, ita ꝙ existentes in finibus
eiusdem, non possent commodè vocari, & tamen existentes ex-
tra prouinciam ab alio latere, si forent viciniores, & vocari com-
modè possent, illi hoc casu essent vocandi magis quàm existen-
tes in prouincia ab alio latere. & idem dixit Pan. in c. cum inter
vniuersas, eo. tit. Aut sunt in loco, in quo commodè vocari non
possunt, & tales non sunt vllatenus vocandi, d. cap. quia propter,
pp periculum vocationis, & moræ, c. ne pro defectu. eod. tit. d̃r
autem commodè vocari posse, consideratis locorum distantiis,
personarum, & temporum qualitatibus, arg. c. 1. de dila. Aut igno
ratur vbi sunt, & hoc casu satis est, ꝙ citentur per edictum in lo-
co, vbi morari consueuerunt, c. ex parte, c. tuæ, de cleri. non resid.
c. fin. de eo, qui mitt. in possess. causa rei seruandę, c. ex parte, de fo-
ro compe. & ita docet Spec. in loco præalleg. & Ioan. Bertach. in
tract. de episco. in 3. parte primi lib. versi. septimò quæro. Ad ter-
tium, vtrum illi, qui contulerunt, possint redire ad viam electio-
nis stante resolutione s. facta, ꝙ non sint priuati, vel priuandi: cer
tum est ipsos reuerti posse ad electionem, imò *communis* opinio
est, ꝙ redire possint ad electionem, qui veniunt priuandi propter
non seruatam formam d. c. quia propter, ẜm Innoc. Compostel.
Ioan. And. Card. & Panor. in d. c. quia propter, §. quia verò, & in
§. fin. Panor. in d. c. auditis, reiecta sententia Hosti. & Do. Anto.
quorum fundamentis respondet Card. in d. §. quia verò. quę non
refero, quia non expedit, cum præsupponamus communem esse
5 ꝯ Host. & D. Anto. & cum concludamus hos canonicos, † qui
contulerunt, non fore priuatos, nec priuandos. Nec obstat, ꝙ
iam publicauerint elect. siue eligendum, & consequenter non vi
deantur amplius posse variare c. publicato, de elect. quia verum,
qñ ex votis publicatis est ante quæsitum aliquod ius nominato,
quia dicuntur tunc nominantes, vel conferentes functi officio
suo. secus quando nominatio, vel collatio fuerit nulla ex defectu
potestatis, vel transgressionis formæ, quia tunc non dicuntur
functi officio suo, l. diem, ff. de arbit. ita dicit Panor. in dicto cap.
publicato, nam contra factum proprium nulli licet venire, cap.
diuersis fallaciis, de clericis coniugat. l. quemadmodum, C. de
agrico. & censi. lib. 11. & tradit Panorm. in terminis nostris, in
dicto cap. auditis, & in cap. nostri, eod. titu. Præterea aliud est
quærere, an possint hi, qui contulerunt variare, aliud an possint
ad electionem redire, cum possibile sit eos non variaturos, sed
eundem electuros. Ad quartum, an canonici, qui non sunt in
sacris, habeant vocem in electione Præpositi, attenta generali
consuetudine, quia prædicti canonici a tempore immemorabili

consue-

consueuerunt ingredi capłm, & dare vocem in omnibus actibus capitularibus? vr̃ ꝙ non, per tex. in clem. ut hi, qui. de æta. & qual. vbi dr̃, ꝙ tales non hn̄t uocem in c. quacunque consuetudine nõ obstante. vbi autem consuetudo remouetur, noua induci nõ potest, sm gl. in c. j. de cler non resid. lib. 6. quia lex derogans simpliciter consuetudini, intelligitur derogare consuetudini tam præsenti, q̃ futuræ, sm Ioan. And in c. certificari, de sepul. D. Anto. in c. fin. circa med. de consuet. Fel. in c. 2. de prob. cum concor alleg. per D. Ias. in l. de quibus, ff. de legib. & per D. Alex. consi. 198. viso
6 testamento, lib. 2. Sed hoc † non obstante ɔ̃rium rñdendum duximus, sequentes Gemin. consi. 132. casus talis est, ad fi. quia prædicta conclusio, ꝙ lex remouens consuetudinem censetur etiam remouere futuram, procedit qñ lex declarat consuetudinem fore irrationabilem, & ideo illam tollit: secus si simpliciter eam remoueat, non declarando eam irrationabilem, vt in d. c. vt hi, qui. vbi consuetudo simpliciter remouetur, vt canonici propensius inducantur ad ordines sacros suscipiendos, non quia sit irrationabile; ꝙ non existentes in sacris vocem habeant in capitulo. ita declarat tex. in d. c. hi, qui. Gemin. in d. consi. 132. & pro hac sua conclus. allegat gl. in c. statutum, in verbo, consuetudine, de elec. lib 6. & in c. j. in gl. 3. de cler. ægrot. eod. lib. Alia quoque ratione dicimus valere consuetudinem, quia in themate præsupponit, ꝙ talis cõsuetudo fuit obseruata a tempore immemorabili, quo casu lex remouens consuetudinem futuram, non intelligit remouere consuetudinem immemorabilem, quæ habet vim priuilegii, l. 1. §. ductus aquę, ff. de aqua quot. & æsti. & c. super quibusdã, §. præterea, de verb. sign. ita signanter consuluit Pet. de Anc. consil. 51. consuetudo, quæ habet. vbi concludit, ꝙ licèt lex disponat electum non debere administrare ante confirmationẽ quacunq; consuetudine non obstante, tñ non intelligitur sublata consuetudo immemorabilis, quia talis cõsuetudo habet vim priuilegij: & sicet remota consuetudine non intelligitur priuilegiũ, ita nec consuetudo immemorabilis, quæ priuilegio æquiparatur. idem firmat Abb. consi. 26. in q. lib. 2. comprobatur, quia remota præscriptione per legem, non censetur remota præscriptio centũ annorum, sm Bald. in l. vnic. C. de anna. except. & Ang. in Auct. vt decet. non fiant sac. iussio. ad fin. per illum tex. sequitur Alexand. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & Fel. in rubr. de præscr. col. fi. Et licèt sint qui ɔ̃dicant, tñ hæc sententia verissima habetur, qñ consuetudo immemorabilis non est nutritiua peccati, nec ɔ̃ bonum publicum, vt est huiusmodi, sm Card. Alex. in c. frustra, 8. distinc. Præterea ex casu superueniente consuetudo noua vincit legem derogantem consuetudini futuræ, quia omnis dispositio etiam futura respiciens, recipit restrictionem a causa superueniente, l. si hominem, ff. manda. per quem tex. in proposito nostro ita concludit Pan. in c. fin. col. fin. de consue. Card. Alex. in d. c. frustra, & Felin. latè in d. c. 2. de prob. Consuetudo autem immemorabilis presumitur habere optimam causam, cum habeat vim tituli, d. §. ductus aquæ, & no. Bar. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. D. Anto. & Pan. in c. peruenit, de censi. ergo &c. Cæterum vbi non valeret consuetudo, nullus negabit non valere priuilegium a Papa concessum, cum Papa habeat in istis, quæ sunt iuris positiui, omnimodam potestatem, c. proposuit, de concess. præben. maximè in beneficialibus, cle. j. vt lite pend. vnde respondemus, ꝙ dñi canonici, qui non sunt in sacris, possunt inniti priuilegio. & si obiiciatur non constare, possunt ipsi probare, probando quasi possessionem immemorabilem, ex qua præsumitur priuilegium si allegetur, sm Bart. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. Pan. in c. peruenit, de censib. & bene probatur in c. apostolica, & ibi Bald. Card. & Imo. no. de his, quæ fiunt a præla. sine consi. cap. vbi laicus, qui possidet decimas per tempus immemorabile, præsumitur inuestitus a Papa ante Concilium Lateranense, quo tpe laici ex concessione Epi erant capaces decimarum. & facit ꝙ consuluerunt Oldr. consi. 396. Raph. Cum. consi. 83. quia causa decimalis. Alex. consi. 6. lib. 1. vbi concludunt, ꝙ existentes in quasi possessione non soluendi decimas a tanto tempore, cuius initii memoria hominis non est in contrarium, præsumitur habuisse priuilegium non soluendi a Papa, si allegetur. sequitur And Barba. consi. 55. lib. 2. Dec. consi. 85. & consi. 152. in causa exemptionis Soc. consi. 297. viso priuilegio, ver. 3. ista conclusio. Ad quintum, vtrum pro
7 missio dñi † legati Cardin. de latere valeat attenta præuentione; vr̃ ꝙ sic, quia concurrit in collationibus cum quocunque ordinario, c. 1. & 2. de offi. leg. ergo debet esse locus præuentioni, c. proposuisti, de foro comp. cum concord. Contrarium tñ in casu occurrenti, in quo agitur de prima dignitate ecclesiæ collegiatæ, ad quam prouidetur per viam electionis, verius esse rñdeamus per tex. in c. deliberatione prouida, de offi. leg. lib. 6. vbi casus ad literam, ꝙ verum est, nisi data sit a summo Pontifice ipsi delegato specialis facultas præueniendi ordinarios, etiam in ecclesiis colle
8 giatis. Ad penultimum rñdemus, ꝙ † nominatio graduatorum non habet locum in beneficiis spectantibus ad electionem capituli, sed solum ad collationem ordinarij. Nec nb. ꝙ ex tenore cõcordatorum nominatio fieri possit ad beneficia spectãtia ad collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem, & sic etiam ad confirmationẽ, & consequẽter ad electionem capituli: quia & si talia verba sint generalia, non tñ includunt beneficia spectantia ad electionẽ capituli, c. cum in illis, §. j. de præb. in 6. Ad vltimũ, certissimi iuris est
9 † Papam posse præuenire electores, cum possit sibi reseruare collationem, & prouisionem beneficiorũ etiam electiuorum, c. si eo tempore, de elec. lib. 6. concurrit enim cum omnibus collatorib. & electoribus, c. 2. de præb. lib. 6. Non obst. concordata, quia loquuntur in episcopalibus & abbatiis, in cæteris verò dignitatib. inferioribus reseruatur libera potestas summo Pontifici, vt patet in versic. nosque, & successores nostros, &c.

EPITOME.

Cum vniuersitas de Besodonio quorundam molendinorum, quæ emerat, nomine ab officiali prælati directi dñi inuestita, quæ longissimo tpe pacificè sciente dño illo directo vti emphyteuta possederat illa, deinde ipsa molendina Raspallo cuidam vendidisset, ac emptorem istum dñs ille directus laudasset, & inuestiuisset, certissima præsumptio est tum ex diuturnitate tpis, tum ex tacita subsecuta ratificatione, quę ex ista ipsius dñi inuestitura perspicua est, officialem illũ inuestiturã vniuersitatis ex mandato fecisse prælati directi dñi: potuit tñ aduersus hanc ecclesia læsa restitui, permutatio verò, quam eadem vniuersitas de dictis molendinis fecisset, Idcirco valuit, quia cum cõsensu maioris partis populi acceptis vtilionb. sibi rebus facta est, licèt quædã a iure præscriptæ solennitates in alienationib. huiusmodi non interuenissent. has autẽ interuenisse ex tpis diuturnitate præsumendũ est, vel ex ipsa consuetudine probata, qua receptum erat infrã in iis negotiis nulla fieri congregationum, tractatuũ, & aliarum huiusmodi solennitatũ. Cæterum alienatio illa Delphino molendinorum, de qua etiã quæritur, licèt a Principe superiorem non recognoscente, non obstante litis pendentia, permissa fuisset, tamen quia in iudicem ab ipso Principe delegatum, qui non subdelegauerat, facta fuit, non valuit. Sed is ɔ̃ctus speciali gratia eiusdem Principis, etiam in alterius, cui ius quæsitum videbatur, præiudicium conualuit. Tertio verò eiusdẽ Principis rescripto, sic illis duobus derogatum esse potest, vt alienatio non valeat, non autem vt venditor, & iudex emptor in pęnã aliquam alienationis incidant. videtur autem Princeps in ea tantum parte primis derogare, in qua quod isto expressum erat impedimento erant. Quantum verò ad eam protestationem, vt venditio pro non facta habeatur, vbi ius ei resisteret, certum est contrahentes a vitio litigiosi non excusare, nec illos pœnas vitium illius vitare, licèt eius pacti vi res empta retrotradatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum præsumitur ex diuturnitate temporis, tacita ratificatione deinde apparente.*
2 *Permutatio rei vniuersitatis, a maiori parte populi facta, vtilioribus vniuersitati rebus acceptis, valet, licèt solennitates omnes non interuenerint.*
3 *Solennitas præsumitur interuenisse ex diuturnitate temporis.*
4 *Dispensatio facta super vno defectu, ad alium non porrigitur.*
5 *Princeps ius quæsitum nobis auferre potest.*
6 *Princeps non põt reuocare gratias, vt impetrãtes deinde in pęnas incidant.*
7 *Protestatio, vt venditio pro non facta habeatur, vbi ei ius resisteret non excusat a vitio litigiosi.*
8 *Litiosi vitii pœnæ non euitantur, licèt res empta venditori retrotradatur.*

Respon. 213. Interpreta.

Quia dubia supra proposita simplr̃ formantur, nec documenta, de quibus in themate exhibentur, paucis quid
